

**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii  
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et  
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs  
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

**Izquierdo, Sebastián**

**Romae, 1664**

Tractatvs VI. De Infinitate Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76990](#)

# TRACTATVS VI DE INFINITATE D E I.

D VABVS disputationibus claudetur hic Tractatus. Altera etit de infinito, de infinitate in vniuersum. Altera de infinitate Dei.

## DISPV TATIO XIII.

De Infinito, de infinitateque in vniuersum.

**M**ATERIA huius disputationis obvia est apud Philosophos, & Theologos. De ea enim tractant communiter. Illi quidem cum Arist. lib. 3. Physic. Hi vero cum S. Thom. i. p. q. 5. Curabo tamen nihilominus circa illam, prater communia, nonnulla insuper non adeo obvia producere in lucem.

## QVAESTIO I.

*Quid sit infinitum. Quid infinitas.  
Et quonplex.*

**A**RIST. lib. 3. Physic. cap. 6. text. 62. & 63. ratiocinata quorundam antiquorum definitione de Infinito, suam ipse exhibet inquisiens. Accidit autem, contra esse infinitum quodammodo, sicut dicitur. Non enim cuius nihil est extra; sed cuius semper aliquid est extra, hoc infinitum est. Et postmodum. *Infinitum* quidem igitur hoc est, cuius secundum quantitatem accipientibus semper est aliquid accipere extra. Cuius autem nihil est extra, hoc perfectum est, & torum. Itaque, ut clarissimi proferunt interpres communiter iuxta mentem Philosophi, *Infinitum* est, cuius partes successivae accipient alia, & aliae restant scasper sine fine accipiente. Vel, ut alii breviter, *Infinitum* est, quod successivè exbariri, sine petrari non potest. Manifestum est autem, sermonem hunc esse de infinito secundum quantitatem vniuersalissime sumptuam, quæ in toto compósito ex partibus, & diuisibili in eas consistit, prout à nobis statutorum est supra disp. 10. q. 1. Et quoniam, prout ibi q. 2. explicatum est, quantitas vniuersus sumpta alia est physica, quæ ex partibus physicis inter se distinctis componitur; alia est metaphysica, quæ vel ex formalibus, per solam rationem inter se distinctis coaciefit; vel per quamdam equivalentiam dumtaxat censetur ex partibus composite. Physica autem quantitas alia est continua; alia discreta. Et vtraquis rursus alia est extensa, sive habens partes extra partes secundum series aut loci, aut temporis; aut originis, aut connexionis, aut dignitatis, &c. alia est intensa, sive habens partes intra partes in eodem gradu emisibet di-

versam serierum. Quantitas demum extensa localiter, sive secundum seriem loci alia est talis quod longitudinem, ut linea; alia quod longitudinem, & latitudinem, ut superficies; alia quod longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ut solidum. Quoniam, inquam, tot sunt species quantitatis, qua latius exposita loco citato recognoscende sunt, scire opus est, definitionem praefatam ad infinitum secundum eas omnes, & singulas, proportione seruata, extendi.

Quod ut plenius intelligatur, suppono primò, illud propriissime omnium, attentâ nominis etymologia, scilicet infinitum, quod, cum aliqualiter sit extensum, finem non habet, sive terminum, sive extremum, quo ipsius extensio finiatur, limitetur, & terminetur, ne vterius progrederetur. Sic quoties in qualibet serie earum, quas late exposuimus in Pharo Scient. disp. 15, loci videlicet, temporis, originis, connexionis, & dignitatis, aliarumque eiusmodi habentium extensionem, partium nulla omnino pars datur extrema, ultra quam non sit alia; talis series ab eo latere, a quo non habet illam partem extreamam, propriissime dicitur infinita, quia ab eo latere non habet finem, sive terminum, sive extremum.

Ceterum, quia sola quantitas extensa, cuius partes sunt ordinatae secundum prius, & posterius, potest habere partes extremas, quando est finita, sicut & medias: (in partibus quippe quantitatis intensæ, cum sine vicissim, & aquæ omnes penetraentes, atque ita delittatae omni ordine prioris, & posterioris, nec dantur extrema, nec media): ob idque sola quantitas extensa potest infinita esse, eo titulo, quod nullam habet partem extreamam ab eo latere, versus quod infinita est. Suppono secundo, infinitum secundum quantitatem physicam ad duo vniuersalissima capita posse, immo & debere reuocari: nempe ad infinitum extensem, & ad infinitum multitudinis. Ita, quod sub primis cadat omnis quantitas extensa, sive omnis series coalescens ex partibus ordinatis secundum prius, & posterius, & nullam habens partem extreamam. Sub secundum vero omnis multitudine partium quantitatis intensæ, aliarumque quantilibet unitatem; quæ, cum nullam constituant partium ordinatarum interminaram, sive carentem parte extrema; tanta tamen est, ut per successivam suarum partium acceptationem, sive numerationem nullatenus exbariri valeat. Ei que proinde conueniat esse infinitam, non quod, prout facit de facto, careat fine, seu termino, sed quod series successivæ numerationis ex eius partibus factibilis nungquam potest esse tam longa, ut nequeat vterius ampliis, & amplius absque illo fine, sive termino semper extendi. Quo circa infinitum multitudinis potius insimile succes-

sive

siue, quam infinitum videbatur dicendum est cum tamen infinitum extensionis proprissime infinitum dicatur, spectata etymologia nominum. Ob idque fortasse Aristoteles bene sua definitione proprietatem utriusque communem comprehendit utrumque. Siquidem utriusque proprium est, ut ipsius partes successivae accipiendi aliae, & aliae, & aliae restent semper sine fine accipiende.

<sup>4</sup> Vnde tertio sequitur supponendum, de multitudine etiam partium infiniti extensionis, ut de quodam infinito multitudinis perinde venire philosophandum cum precisione ab earum ordine prioris, & posterioris, ac de quolibet alio multitudinis infinito. Atque adeo infinitum extensionis, praeceps quatenus quedam multitudo est, easdem passiones participare infiniti multitudinis, cum tamen quatenus quedam interminata extensio est, aliquas fortasse proprietates sortiatur infinito multitudinis non communes, ut ex eiusdem in sequentibus apparebit. Itaque ambo convenienter in habendo partes infinitas, id est successiva acceptance, sive numeratione nunquam finibiles, in ceterisque, que inde sequuntur. Supradictum additum infinitum extensionis ordinationem suarum partium in serie non habente partem extremam a latere, a quo est infinitum; & cetera, que sequuntur hinc.

Quarto suppono, infinitum secundum quantitatem physicam vniuersale usurpatum per vulgata divisione dividit in infinitum in actu, seu categorematicum, & infinitum in potentia, seu syncategorematicum. Infinitum in actu, seu categorematicum hoc est id, quod ex partibus infinitis intrinsecis constat, sive in statu existentiali, sive in statu quiditativo, sive in alio quopiam statu consideretur, iuxta doctrinam vniuersalem de statibus rerum tradicam in Pharo Scient. disp. 10. Per particulatum eum in actu non denotatur actualitas existentia, sed actualitas infinitudinis, intra quemcunque demum statum sit illa constituens infinitum. Et haec infinito dumtaxat conuenit definitio in precedentibus explicita, utpote quod solum est re vera infinitum, absolute, & proprie loquendo. Infinitum vero in potentia, seu syncategorematicum appellatur id, quod ex finitis partibus intrinsecis constat, in quounque statu consideretur, ita tamen, ut per additionem aliarum, & aliarum partium extrinsecis ipsi acrecentium in infinitum, sive absque ulio limite, & aeterno augibile sit. Quare secundum quid dumtaxat, sive cum addito, aut etiam improprie dicitur infinitum. Sicque definiti potest. *Est quantum finitum augibile in infinitum.*

<sup>6</sup> Dividi praeterea solet commentator infinitum categorematicum in infinitum simpliciter; & infinitum secundum quid. Sed non eodem modo intelligunt omnes membra huius divisionis. Quia multi per infinitum secundum quid solum illud intelligunt, quod, cum constet ex partibus infinitis, quantitatem tamen hanc constituit, quae putant esse infinitum partium proportionalium, atque etiam infinitum individuum cuiusquis quantitatis continuus, quantumvis parvus, iuxta sententias componentes illam ex partibus sine fine, indivisibilibus vel solis, vel mixtis cum indivisibilibus, aut ex solis indivisibilibus infinitis. Sub infinito autem simpliciter cetera cuncta comprehendunt quanta infinita. Alij infinitum secundum, quid dicunt illud, quod solum ab uno latere est infinitum. Infinitum vero simpliciter, quod tale est ab omnibus que habet. Aliisque aliter loquuntur,

Ego, ut firmum in hac materia, stabilemque, & vniuersalem modum loquendi statuam, imprimitis reijcio illud infinitum secundum quid partium proportionalium, atque individuum continuam finitam tanquam omnino chymaricum, & impossibile iuxta dicta disp. 10, quest. 4. Deinde exterorum infinitorum illud intra unumquodque eorum genus dico simpliciter infinitum, quod secundum omnem considerationem spectantem ad tale genus infinitum, est. Illud vero secundum quid, quod secundum aliquam tantum. Quo pacto linea ab utroque latere infinita simpliciter talis intra suum genus dicitur; similiterque superficies infinita quoad longitudinem, & latitudinem, & solidum infinitum quoad longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Linea vero ab uno dumtaxat latere infinita secundum quid dicitur talis in suo genere; similiterque superficies infinita solum quoad longitudinem, aut etiam solum ab uno latere; & solidum infinitum tantum quoad longitudinem, & latitudinem, non vero quoad profunditatem, &c. Pariterque quodvis aliud infinitum extensionis simpliciter dicitur tale in suo genere, quando series in quo consilii ab omni latere, & secundum omnes suos ramos (quando illos habuit), ut habeant series originis, series connexionis, & similes) infinita fuerit. Secundum quid vero, quando ab aliquo, aut ab aliquibus latibus tantum; aut tantum secundum aliquem, aut aliquos ramos. Infimum autem multitudinis tunc tales simpliciter in suo genere dicitur, cum omnes entites in eo generi possibles, aut etiam excogitabiles comprehendenter; ut infinitum hominum, cum omnes homines; infinitum animalium, cum omnia animalia; infinitum bonitatum, cum omnes bonitas; & sic de reliquis. Tunc vero dicitur tale secundum quid in suo genere, quando aliquibus tantum consiliter ex variis pertinentibus ad tale genus. Hacenque de infinito secundum quantitatem physicam.

Iam vero pro explicando infinito secundum quantitatem metaphysicam imprimitis supponendum est ex dictis disp. 10, q. 2, diuis. 3. quantitatem metaphysicam duplice esse. Alteram formalem consentientem in toto quodam formaliter per rationem nostram compposito ex pluribus formalitatibus tanquam ex partibus similiter per rationem nostram actu distinctam. Alteram aquivalentem, seu virtualem consentientem in conceptu obiectivo, qui non titulo alicuius compositionis formalis, sed titulo dumtaxat cuiusdam aequivalenti compositionis quantum dicitur, quatenus in ordine ad sufficiendas denominaciones proprias quantorum perinde se habet, ac si esset quantum, atque adeo compositum formaliter.

Quo posito, altero primo, impossibile esse, ut quantum metaphysicum formale categorematicum sit infinitum. Quia impossibile est, ut ab intellectu nostro pro statu prelente actu hanc infinita distinctiones rationis infinitarum formalitatum eiusdem entis, ex quibus illud formaliter, & metaphysice censeatur compositum, prout opus erat, ut illud quantum formale metaphysicum infinitum categorematicum evaderet, ut latius superque ex se notum est. Ab intellectu autem Dei aliorumque intuentium ne vlla quidem, nequum infinita distinctiones rationis infinitarum formalitatum eiusdem entis effici possint; ut constat ex generali doctrina tradita a nobis in Pharo Scient. disp. 13, q. 11. & 12. Quoniam ve-

rō, factis ab intellectu nostro quibusvis distinctionib⁹ rationis quarumvis formalitatum eiusdem entis, alia, & alia sine limite fieri possunt, idcirco quantum metaphysicum formale syncategorematicē infinitum possibile est, de factoque datur, scilicet quodvis ens ex finitis formalitatibus constant, ex alijsque, & alijs sine termino in eo à nobis distinguibilius potens constare. Quo pacto diximus disp. 10. q. 4. quantum mathematicum syncategorematicē esse in infinitum diuisibile, quatenus, peracta omni diuisione possibili eius in partes physicē distinctas, in plures, & plures minoriores absque ullo limite per nostram rationem velut in quadam formalitatibus diuisibile est. De quo ibi plura. Ceterum, quia quantum metaphysicum formale præcisē vt tale minus proprium est, vt notauimus disp. 10. q. 2 diuis. 2. citata, & quia categorematicē infinitum in suo qualib⁹ genere esse non potest, vt modis vidiuis, eo pretermisso deinceps, de solo quanto metaphysico æquivalente sermo erit, quoties de quanto metaphysico sive infinito, sive infinito absolute, & indistincte loquiti fuerimus.

<sup>9</sup> Altero igitur secundō, possibile esse quantum metaphysicum æquivalens (de quo solo iam sermo est) categorematicē infinitum. Quia possibilis est conceptus obiectivus æquivalens quanto physico categorematicē infinito; quod ipsum est, talem conceptum per æquivalenciam esse quantum categorematicē infinitum. Sic ens (citra dubium possibile) tam bonum, tamque æstimabile, quam bona, quamque æstimabilis est multitudo aliorum entium categorematicē infinita, quantum metaphysicum infinitum categorematicē erit. Tantumdemque dicendum venit de potentia, siue virte possibili tam validā ad qualib⁹ praestanda, quam valida esset multitudo categorematicē infinita aliarum potentiarum. Deque cognitione possibili tam clara, tam certa, tamque extensa obiectiuē, quam clara, quam certa, quamque extensa obiectiuē esset multitudo categorematicē infinita aliarum cognitionum. Pariterque de huiusmodi ceteris. Erit autem quantum metaphysicum infinitum simpliciter in suo genere; cum quanto physico simpliciter infinito in suo genere æquivalerit. Secundū quid autem; cum æquivaluerit infinito secundū quid, iuxta dicta, & statuta de his n. 6.

<sup>10</sup> Tertiū igitur, quantum purē metaphysicum nullatenus esse posse syncategorematicē infinitum: quia quantitas purē metaphysica cum conceptu obiectivo, cui convenit, idem omnino est. Repugnat autem, vt conceptus obiectivus per id, quod tecum est prorsus idem, ita æquivalat alieni quanto physico finito, vt possit maiori, & maiori sine limite æquivalere; (prout oportebat), vt talis conceptus syncategorematicē esset infinitus quoad quantitatem metaphysicam; quia id esset, possit conceptum obiectivum suam essentiam semel, & iterum, atque iterum sine fine mutare. Quid planè impossibile est. Dixi autem purē metaphysicum: quia, accedente quantitate physica, bene poterit quantum mixtum extraphysicu, & physico esse syncategorematicē infinitum; vt, si ens per suam unitatem æquivalat quanto physico, ut quatuor: per eamdemque simul, & accidens, sibi physicē adiunctum æquivalat quanto physico ut sex; sique potens aliud, & aliud accidens physicum absque ullo limite accipere, quibus maiori, & maiori absque ullo itidem limite, quanto physico possit æquivalere.

Sed dubitandum superest, quid sit infinitum secundū essentiam. Hucusque enim de infinito secundū quantitatem egimus, quæ accidentis saltem metaphysicum cuiusvis essentia habentis quantitatem seu physicam, seu metaphysicam, esse videtur. Cui dubitationi vt respondem, prænoto, & statuo primò consentaneè ad dicta iam supra disp. 10. q. 1. diuis. 15. cùm infinitum iuxta nominis etymologiam illud dicatur, quod caret fine, sive termino, tot modis quolibet ens posse dici infinitum, quot modis carens termino dici potuerit. Terminus autem dicitur uniuersè id, vñtra quod nihil est entis per ipsum terminati, sive finiti. Dividiturque in intrinsecum, & extrinsecum. Terminus intrinsecus est, qui intrinsecè pertinet ad ens terminatum per ipsum, vt quid constitutum eius. Qui rursus duplex potest distingui. Proprius, & improprius. Terminus intrinsecus proprius est, quod alius extrinsecus est; vt definit Eucl. lib. 1. Elem. def. 13. conueniente quanto extenso composito ex partibus ordinatis seriatim, quarum una, aut plures extremæ, ceteræ autem media sunt. Terminus autem intrinsecus improprius dici potest, quævis essentia indivisiim accepta comparatione sui, quatenus perse coerct se ipsum, ne progrediatur ultra id, quod est. Iam vero terminus extrinsecus est, qui, cum non pertineat intrinsecè ad ens terminatum, sed ad aliud, illud tamen nihilominus extrinsecè terminat, & coerct, ne se viterius extendat, aut progrediatur. Hoc pacto locus realis in ultima superficie corporis continentis consistens terminus extrinsecus rei locatae venit dicendus, & uniuersè quævis quantitas alteri immediata, & ipsam tangens terminus extrinsecus eius ab eo latere dici potest. Sic etiam cognitionis obiectum terminus eius dici solet, quarenus cognitio ad suum obiectum tendere, in ipsoque se sistere censetur. E contra vero cognitio, quarenus intentionaliter, sive representatiæ complectens obiectum sui, ipsius terminus dicendus venit. Hinc enim factum est, vt cognitio obiecti essentiam integrè circumplexens definitio eius dicatur, sive finitio; eo quod ita finit, terminat, atque circumscribit essentiam obiecti, vt nihil ipsius ultra relinquat cognoscendum. Eademque est ratio de definitione vocali, & scripta. Quo iure definitio uniuersè terminus rei definita dicitur, teste Arist. lib. 5. Metaph. text. 22. Effectus itidem causa prout influens in illum dicitur terminus, quatenus eius influxum terminat, ne viterius progrediatur. E contra vero causa dicitur terminus effectus quatenus continens ipsum in sua causativa virtute. Quo iure P. Vaz. 1. p. disp. 24. cap. 5. infinitatem Dei secundū essentiam in eo constituit, quod Deus non habet causam sui. Materia item quodammodo terminatur, sive finitur per formam, & formam per materiam, vt air S. Th. 1. p. q. 7. art. 1. quatenus vñssim se contrahunt, atque coercent. Idemque supponit de esse & essentiâ creatâ; inferens inde, iohannitatem Dei consistere in eo, quod esse diuinum non sit esse receptum in aliquo, sed ipse sit suum esse subsistens. Aliisque præterea modis solet interdum vnum ens deci per aliud tanquam per terminum extrinsecum terminari, sive finiri. Ex quibus omnibus concluditur, quod modis ens-habens terminatur aut intrinsecum, aut extrinsecum dicitur per illud terminatum, sive finitum, tot modis ens non habens similem terminatum, sive illo carens venire dicendum terminatum, sive infinitum.

Ccc Sed

**12** Sed verò non possum non prænotare, atque statuere secundum, à sola carentia termini intrinseci propriè dicti evadere, loquendo cum proprietate, infinitum ens alias potens ex suo conceptu illum habere; quale est omne, & solum quantum physicum, & metaphicum, unum quodque suo modo; primum videlicet formaliter, & secundum æquivalenter. Termino enim intrinseco improposito nullum ens potest carere, vt non potest carere sua essentia, cum qua ille idem est. Et à carentia termini extrinseci impropriè profecto, & sepius abusivè dicitur, absolute loquendo, ens illo carens infinitum. Quis enim absolutè dicat, fore meum corpus infinitum, si Deus amoueret à me locum extrinsecum, à quo circundor? Nemo sane. Sicut nemo nunc dicit integrum hoc Vniuersum esse infinitum, quod nullo extrinseco loco circundatum est. Quis dicat absolute, fore infinitum quo dnis obiectum, si non amplectetur à cognitione? Aut è conuerso, quamlibet cognitionem fore infinitum ex hypothesi, quod carcer obiecto? Quis dicat similiter, esse infinitum quodvis ens non terminatum per influxum ael vnum esse? Ita sane impropriè è conuerso dicitur esse infinitum ens, quod non continetur in illa causâ. Sicut & ens, quod non recipitur in illo subiecto. Pariterque venit dicendum de ceteris huiusmodi. Stet itaque, esse finitum, aut infinitum, passionem propriam esse entis quanti physice, aut metaphysice quatenus talis; de coequa dumtaxat dicendum alterutrum, si cum rigore, & proprietate loquendum sit.

**13** Tertiò prænoto, nullum auctorem, quem ego viderim, examinasse generatim, sive vniuersim, & ex professo, in quo consistat infinitudo secundum essentiam prout condiscenda ab infinitudine secundum accidens. Solùm examinant Theologi speciatim, in quo consistat infinitudo Dei, supponentes esse eam secundum essentiam, & non secundum accidens, sive eam Deo per essentiam, & non per accidens conuenire. Circa quam questionem quot capita, tot sermè sunt sententiaz, vt videbimus disp. 14. Oportebit igitur in præsenti etiam ad eam specialem controversiam tutius determinandam ex vniuersalioribus principiis erere, stabilireque in vniuersum prædictarum infinitudinum proprios conceptus, & corum discrimen. Quod ut præstem.

**14** Quartò prænoto, & statuo ex doctrinâ tâ & su-  
pra disp. 10. q. 2. diuif. 4. & antea latius scripta in Pharo Scient. disp. 16. q. 3. partes inter se dissimiles totius essentialis essentia specifica eius essentiales esse: quia, qualibet earum deficiente, talem essentiam deficere, necesse est. Cùm tamen partes inter se similes totius integralis non essentiales, sed accidentales sint essentia specifica eius: quia hæc in qualibet totius particula (etiam in alias non diuisibiliuixta dicta disp. 10. q. 4. n. 276) conservari potest, ceteris omnibus defientibus. Cùmque cuiusvis entis quantitas physica in eius compositione formalis ex partibus, in eiusve diuisibilitate in illas reipsa ab ipsius partibus indistincta constat: juxta doctrinam statutam in eadem disp. 10. q. 10. consequens est: vt quoties ens est compositum, seu totum, seu quantum essentiale, quantitas, quam vt tale habet, ipsi essentiali veniat dicenda, atque adeo ipsi conueniens secundum essentiam, seu per essentiam. Cùm tamen, quoties ens est compositum, seu totum, seu quantum integrale, quantitas, quam habet vt tale, accidentalis ipsi iure di-

catur, atque adeo conueniens ipsi secundum accidens, seu per accidens.

Ex quo imprimis patet, quando quantitas physicæ, & consequenter eius magnitudo, vel paritas, infinitudo, vel finitudo, æqualitas cum altera, aut inæqualitas, &c. dicenda si conuenire secundum essentiam, seu per essentiam, & quando secundum accidens, seu per accidens enti, cui conuenit considerato secundum propriam, & specificam essentiam, quam habet. Verum enim vero, quia scientiae tractantes de quantitate physica, seu de quanto physico vt tali à propriâ, & specifici ipsius materia præscindunt; (vt cernere est in Geometriâ agente de lineis, superficiebus, & solidis, & in Arithmetica agente de numeris cum precisione ab omni materia, in qua ea possunt repertiri); vt sumimque considerant illud sub conceptu entis abstractissimo; essentiaque talis conceptus non essentialis, sed accidentalis est omnis partium compositio, ac diuisibilitas, in qua consistit ipsa quantitas physica; siquidem essentia entis vt sic etiam in entibus simplicibus, & quantitate physica expertibus reperitur. Hinc factum est, vt omnis quantitas physica, atque adeo magnitudo eius, vel paritas, infinitudo, vel finitudo, &c. accidentalis vniuerso dicatur subiecto, cui tribuitur, nimurum entis conceptui abstractissimo. Quod autem scientia de quantitate physica ab specialiis essentijs, quibus illa reipsa conuenit, præscindant, dumtaxatque considerent illam prout in ente præcisè sumptuinde nascitur; quia, quod quantitas physica sit magna, vel parva, finita, vel infinita, æquales alteri, aut inæqualis, proportionalis, aut non proportionalis, &c. que sunt passiones ipsius quantitatis à talibus scientijs consideratae, non pender ex specialitate essentiarum, quibus illa reipsa conuenit, sed ex eo, quod partes eius sint plures, aut pauciores, finitæ, aut infinitæ, æquales alijs, aut inæquales, proportionales, aut non proportionales, &c. quia omnia possunt habere considerata secundum præcism conceptum entis, vt est notissimum.

Aliud est de quantitate metaphysicâ, deque eius magnitudine, aut paritate, finitudine, aut infinitudine, æqualitate, aut inæqualitate, &c. Cùm enim quantitas metaphysica cum eiusmodi suis passionibus per quamdam solūm æquivalentiam sit talis, & huiusmodi æquivalentia aliud non sit reipsa ab essentijs specialibus, & propriis rerum, quibus illa conuenit, in ipsiusque proinde specialibus, propriisque essentijs ipsarum rerum radicetur, atque fundetur. (Propterea enim alij conceptus ex propriâ essentia quantitatem metaphysicam habent, sicut pereque ob id dicunt magis, & minus. Alij ex proprijs itidem essentijs carent illa, ob idque in indiuisibili dicuntur consilfers, iuxta doctrinam statutam disp. 10. q. 2. diuif. 3.). Consequens est, vt quantitas metaphysica cum suis passionibus rebus ipsi, essentijsque earum proprijs ita esse essentialis, vt absque illa tales essentia stare non possint. Etenim homo idcirco tantam perfectionem, tantam virtutem, cauacitatem, tantamque bonitatem habet, & non maiorem, neque minorem; quia talem specificam haber essentiam hominis; non vero quia haber essentiam conceptus entis præcise sumptu vel notissimum. Tum ideo homo & Angelus in bonitate, in perfectione, in virtute, &c. sunt inter se inæquales; quia sunt homo, & Angelus; non vero, quia sunt entes quædam, vt etiam constat. Proindeque essentia hominis, & essentia Angelii stare non possunt abique

absque eo, quod homo, & Angelus tantam bonitatem, tantam virtutem, tantamque perfectiōnē habent, quantam reuerā habent. Quod ipsum est, quācitatē metaphysicam, quam habent in homine, & Angelo ea omnia ipsorum, prædicata, quæ ex suo conceptu dicuntur, suscipere metaphysicē magis, & minus, cum suis passionibus essentialiter conuenire ipso homini, & Angelo. Eosque proinde secundūm essentiam, seu per essentiam, non verò secundūm accidens, seu per accidentem tam magnos quoad talia prædicari, esse, quām sunt reuerā, neque maiores, neque minores. Tantumdemque de ceteris entibus, de ceterisque concepiib⁹ obiectivis quantitatē metaphysicam cum suis passionibus habentibus secundūm est.

<sup>17</sup> Vbi solerter est aduentum, cūm dicimus, ens quodvis esse metaphysicē quantum, atque adeo magnum, aut parvum, finitum, aut infinitum, &c. secundūm essentiam, seu per essentiam, seu essentialiter, non ita id intelligendū esse, vt paret essentia, talis entis esse metaphysicē quanta formaliter, qualis sit ex genere eorum conceptum, qui suscipere dicuntur metaphysicē magis, & minus. Non enim est ita: quia essentia rerum sumpt̄e formaliter ex genere potius sunt aliorum conceptum, qui quantitate metaphysicā destituti in indubibili dicuntur consistere. Ob id enim nequā dici Angelus esse maior, quām homo, in essendo id, quod est præcisē; quemadmodū neque in existendo. Nec dici potest Angelus magis esse id, quod est, quām homo; sicut nec magis existere, quām homo, &c. Sed sensus dicti modi loquendi est, conuenire cuius enti quantitatē metaphysicam repertam reuerā in prædicatis, quæ ipsius essentia specifica, sic annexa sunt, quemadmodū ipsi conuenient prædicta ipsa. Atque ita, quo sensu dicitur quodvis ens esse essentialiter, seu per essentiam, seu secundūm essentiam suam specialem, sive speciem bonum, perfectum, potens, &c. bonitate scilicet, perfectione, potentiaque propria talis essentia: eo quod hæc prædicta ipsi tali essentia essentialiter, seu necessariō annexa sunt; eodem sensu dici esse illud essentialiter, seu per essentiam, seu secundūm essentiam suam speciem magnū, aut parvum, finitum, aut infinitum, &c. scilicet quod propriam talis essentia bonitatem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. quibus formaliter competit, eiusmodi quantitas.

<sup>18</sup> Ex quibus omnibus iam liquido apparet, quo pacto quodvis ens infinitum secundūm quantitatē physicam secundūm accidens, seu per accidentem, seu accidentaliter; quodvis verò ens infinitum secundūm quantitatē metaphysicam secundūm essentiam, seu per essentiam, seu essentialiter infinitum veniat censendum. Vtrum autem aliquod ens creatum aut sit, aut esse possit reuerā infinitum secundūm essentiam in sensu explicato, saltem in uno, aut altero genere, etiam si foras se expeditis sit, non tam secundūm essentia, quām secundūm quantitatē metaphysicam infinitum illud vocare; ex dicendis in decursu huius disputationis constabit. Id certum, Deum in sensu dicto infinitum esse secundūm essentiam in omni genere. Idque non solum, quia æquivalenter est tam perfectus, quam cetera omnia entia omnis generis; sed insuper quia totam ipsorum perfectionem continet eminenter in se; quod ipsius solum proprium est. Tum solum Deum in alio

sensu esse infinitum per essentiam, quatenus à se ipso, & non ab alio habet suam infinitudinem; sicut & cetera attributa. De quo agendum dipl. 14.

<sup>19</sup> Ex quibus etiam omnibus iam demum constat. Quid sit infinitum. Et quotuplex. Quod erat propositionum questionis. In quoniamque constat quodvis infinitum eorum, in qua infinitum sumptum in genere divisum est. Id vnum tandem aduerso, finitum infinito opponi. Atque adeo finitum venire dicendum uniuersè, quidquid exhaustiri, seu pertransiri potest successiue; sive infinitum ē contra dicitur uniuersè, quidquid exhaustiri, seu pertransiri non potest successiue.

## QVÆSTIO II.

Quænam passiones seu proprias, seu communes habeat unumquodque infinitum eorum, que q. I. exposita sunt.

<sup>20</sup> Succedit quæstio hæc loco eius, quam in una quaque ex disputationibus metaphysicis ex propositionibus evidentiis aut perse notis, aut demonstratis solemus compingere. Vtrum est tamen, variato stylo, sub prefijo titulo aliter, quam alias, eam proponere. Quia, licet plerique propositiones, ex quibus coalescent, evidentes haud dubie erunt vel ex terminis, vel ex iungenda demonstratione: nonnullæ fortasse occurserint, quæ tales non sint aut absolute, aut apud aliquos Auctores sentientes oppositum. Præcedendum autem est in hac quæstione à possibiliitate, & impossibiliitate vniuersiusque infiniti. Nam, siue si illud possibile, siue impossibile, suas passiones habere potest etiam evidenter scibilis. Imo verò ex eius passionibus semel scitis, & statutis inferenda veniet postea scientiæ possibilitas, aut impossibilitas eius. Procedet autem resolutio huius questionis, sicut & aliarum similiū, per aliquot propositiones methodice ordinatas; ut sequitur.

## Propositio I.

Impossibile est, dari in statu existentiā infinitum syncategorematicum aut extensionis, aut multitudinis, quin sint possibles, atque adeo quin dentur in statu possibilis, siue quiditatiō partes aliquotæ similis extensionis, aut vnitates similis multitudinis categorematicè infinitæ.

Demonstratur facile, & clare. Quia infinitum syncategorematicum existentiale finitum, quoddam est augibile in infinitum per alias, atque alias partes, aut vnitates ei adiungibiles sine fine, quin detur ultima, ultra quam alias adiungi nequeant, iuxta definitionem statutam q. I. At hoc statu nequit, nisi partes, aut vnitates adiungibiles, atque adeo possibles in suo possibilitate statu sint categorematicè infinitæ, ut est manifestum. Nam alias successiue pertenenti posset ad ultimam, ultra quam non essent alias adiungibiles contra suppositionem per ipsam definitionem factam. Ergo, &c.

Hinc evidenter, & vniuersaliter infertur,

Ccc 2 in-

infinitum syncategorematicum essentialiter connotare; sive supponere prout in alio statu, sub aliâ ve consideratione infinitum categorematicum. Quia evidenter est impossibile, ut quidpiam finitum successivè sit augibile in infinitum per aliud, & aliud additamentum absque ullo limite; quale esse debet infinitum syncategorematicum iuxta suam definitionem; nisi multitudo huiuscmodi additamentorum in se ipsa considerata sit categorematicè infinita. Alioquin successivè finiri posset. Vnde eveniret, vt illud finitum per talia additamenta augibile, non esset augibile in infinitum contra suppositionem imbibitam in ipsius essentia: quia per aliquod tandem additamentum esset augibile, ultra quod iam amplius per aliud augibile non esset.

<sup>23</sup> Advertendum autem hic est pro dicendis, nomine infiniti absolute, & absque additione, aut limitatione prolatu semper venire intelligendum infinitum categorematicum, utpote quod propriè est infinitum. Nunquam vero syncategorematicum, nisi speciatim exprimatur, utpote quod minus propriè infinitum est.

### Propositio 2.

<sup>24</sup> Idem quantum secundum eamdem rationem esse finitum simul, & infinitum, impossibile est.

Est certissimum. Quia impossibile est, ut idem quantum secundum eamdem rationem simul sit, & non sit pertransibile successivè; quia simul essent vera duo extrema contradictoria contra evidentissimum principium statutum in Pharo Scient. disp. 9, q. 5. proposit. 1. At esse finitum, est esse pertransibile; & esse infinitum non est pertransibile successivè iuxta definitiones datas q. 1. Ergo, &c.

### Propositio 3.

<sup>25</sup> Ex duobus quantis finitis unum quantum infinitum componi, impossibile est. Necessariò quippe debet esse finitum totum, compositum ex duabus partibus finitis; subindeque in ipsas diuisibile.

Hac propositio principium est receptum ab omnibus in hac materia, ex ipsis terminis evidentiissimum. Manifestissimum quippe est, quoties ambe partes, ex quibus componitur totum, sunt scilicet sunt pertransibiles successivè; atque adeò finite iuxta definitionem finiti statutam q. 1. non posse non & ipsum totum esse pertransibile successivè; (tametsi tempore longiore); atque adeò finitum. Quandoquidem nihil est quod vere, quominus post integrum transitum successuum viuus partis, integer transitus successus alterius fiat in tempore subsequente.

<sup>26</sup> In hoc autem idem principium recidit illud, quod solet circumferri in ista materia. Finitum additum finito non potest facere infinitum. Vnde rursus aliud non minus evidens infertur. Quantum excedens aliud quantum finitum excessu finito non potest non esse finitum: quia non potest non esse compositum ex duabus partibus finitis, scilicet ex eo excessu, & ex quanto æquali alteri finito, atque adeò etiam finito.

### Propositio 4.

Ex quavis multitudine finitâ, seu numero partium in se finitarum quantum infinitum componi, impossibile est. Necesse quippe est, vt sit totum finitum, quoties cuncte multitudo partium, ex quibus componitur, quantumvis illa sit magna, finita est, omnesque, & singulæ partes ipsæ in se sunt finitæ.

Hac propositio ex proprie. 3. demonstratur. Quia iuxta illam omnes binarij cuiusvis numeri finite partium in se finitarum finiti sunt, utpote tota quedam composta ex duabus partibus finitis. Ob eamdemque rationem sunt finiti omnes quaternarij. Et rursus omnes octonarij similiter. Et ita ascendendo, donec perueniatur ad ultimam compositionem, qua integra multitudo ex duabus partibus hujus composta est. Ad eam autem tandem perueniendum necessariò est, est clarum. Quia multitudo pertransibilis à prima ad ultimam unitatem, facta per singulas transuersus, qualis omnis finita est, multo citius pertransibilis erit à primo ad ultimum gradum series proportionalis coalescentis ex illis, ascensu factio ab unitatibus in proportione dupla; ut si notum.

### Propositio 5.

Nullum quantum finitum ex multitudine infinita partium aliquotarum in se finitarum potest esse compositum.

Quia quoad omnes suas partes aliquatas successivè pertransibile esset iuxta definitionem finiti statutam q. 1. Et simul non esset: quia multitudo infinita partium impertransibilis est successivè iuxta definitionem infiniti statutam ibidem,

### Propositio 6.

Quantum compositum ex una parte infinita necessariò est infinitum: tametsi res ipsa pars sit finita.

Est clarum. Quia, si pars est impertransibilis successivè, potiore iure totum ipsam includens, & aliam addens euader tale.

Hinc sequitur, quantum infinitum per nullum additamentum posse reddi finitum.

### Propositio 7.

Nullum quantum finitum ex aliquâ parte in se infinitâ potest esse compositum.

Quia esset finitum ut supponitur; & simul infinitum iuxta proposit. 6. Quia duo cohererent non possunt iuxta proposit. 2.

### Propositio 8.

Quoties quantum infinitum in quamlibet multitudinem finitam, seu numerum partium diuisum est, aliqua saltet talium partium in se necessariò debet esse infinita.

Quia

Quia si omnes essent in se finiti, quantum ex illis compositum, & in illas diuisum non esset infinitum, vt supponitur; sed finitum iuxta proposit. 4.

Propositio 9.

Quoties aliquod quantum cuiusvis generis in se est infinitum; & quoad multitudinem quarumvis suarum partium aliquotarum in se finitarum necessariò infinitum est.

Est clarum. Quia, si quantum aliquod in se infinitum ex partibus aliquotis in se finitis, quoad multitudinemque etiam finitis componatur; & esset infinitum, quia id supponitur; & non esset infinitum iuxta proposit. 4. Quid est contradicatio.

Propositio 10.

Quoties aliquod quantum cuiusvis generis quoad multitudinem quarumvis suarum partium aliquotarum in se finitarum, infinitum est; & in se quoque siue in suo genere infinitum est.

Quia, si esset finitum, iam aliquod quantum finitum ex multitudine infinita partium aliquotarum in se finitarum esset compositum contra proposit. 5.

Propositio 11.

Quantum infinitum omni finito eiusdem generis necessariò est maius, atque adeò neque æquale illi, nec minus illo potest esse.

Est cūdens ex terminis. Quia quantum infinitum, præter partem finitam cuius alteri quanto eiusdem generis æquaem, alteram partem infinitam debet necessariò includere in se iuxta proposit. 8. Quæ tota subinde excessus erit, quo quantum infinitum excedit finitum. Dico autem quanta eiusdem generis ea, quæ de suo sunt æqualia, vel in æqualia iuxta doctrinam statutam supra disp. 10. q. 2. diuin. 18.

Ex hac propositione inferitur primò, quæties duo quanta sunt æqualia, & alterum est infinitum, non posse non & alterum quoque esse infinitum.

Secundò infertur, totum finitum nullatenus posse esse compositum ex aliquà parte infinita. Cum totum debeat esse maius sua parte iuxta dicta disp. 10. q. 3. proposit. 3. Tum quia & esset finitum, vt supponitur; & infinitum iuxta proposit. 6. contra proposit. 2.

Tertiò infertur, quantum infinitum necessariò excedere finitum excessu infinito.

Quarto infertur, quæties quantum infinitum excedit alterum quantum excessu finito, non posse non & hoc alterum esse infinitum.

Propositio 12.

Necessarium omnino est, vt duo quælibet infinita multitudinis comparata inter-

se aut sint æqualia, aut inæqualia in ratione multitudinis.

Hæc propositio sub vniuersaliore est demonstrata, me quidem iudice, evidenter supradisp. 10. q. 3. proposit. 14. Neque alia modò eget demonstratione. Tametsi refragari illi videatur Scotus, Mayron, Gregorius, Lichetus, Bassolis, Richardus, Conimbric. lib. 3. Phys. cap. 8. q. 4. Vazq. 1. p. disp. 26. num. 8. & 20. Pet. Hurt. disp. 13. Phys. sect. 1. & Lynce eos referens, & sequens lib. 3. Phys. tract. 3. num. 22. quatenus afferunt, esse æquale, vel inæquale, maius, vel minus dumtaxat est propria-tes quantitatis finita, secus vero infinita. In quo profectò non sunt audiendi. Oppositumque censem plerique alii.

Propositio 13.

Duo etiam quælibet infinita extensi-  
onis eiusdem generis comparata inter se ne-  
cessariò debent esse æqualia, vel inæqualia.  
non solum in ratione multitudinum par-  
tium quarumvis suarum aliquorarum (prout  
debent iuxta proposit. 12.) sed etiam in ra-  
tione extensionum.

Hæc etiam propositio est demonstrata su-  
pra disp. 10. q. 3. proposit. 16. Vnde eius demon-  
stratio petenda est.

Propositio 14.

Nullum infinitum sumptum formaliter, prout infinitum est, potest esse maius, vel minus alio; aut aliquod subire accrementum, vel decrementum. Benè tamen materialiter sumptum, prout est quædam multi-  
tudo, aut etiam quædam extensio.

Explico, & simul demonstro propositionem. Quia, vt infinitum extensionis formaliter vt infinitum subiret accrementum, series in qua illud consistit, deberet, quo latere infinita est, & car-  
rens parte extremæ, ultra se totam recipere tale  
accrementum, per illudque ulterius extendi. Hoc autem manifeste repugnat: quia ab eo latere non datur ultra, neque vltra capacitas accrementi: alioquin pars, cui accrementum iungeretur, extrema seriei esset ab eo latore, contra suppositionem. Quod autem neque decre-  
mentum possit pari ab eo latere talis series re-  
manens infinita, quæ est manifestum: quia pars,  
à qua disiungatur id, per cuius ablationem de-  
creceret, remanaret extrema, ipsamque seriem  
finiens etiam contra suppositionem. Ob eamdem  
rationem nequit unum infinitum extensionis for-  
maliter vt tale esse maius alio: quia vnde incipe-  
ret excessus serici constituentis primum, necessariò terminaretur series constituenta secundum, &  
proindeque infinita non esset contra suppositio-  
nem: vt cernere est in duabus lineis parallelis  
infinitis versus Orientem. Si enim ab eo latere  
prima esset maior, seu magis extensa, quam se-  
unda, aliqua pars necessariò esset in primâ, à qua  
inciperet talis excessus; talis autem pars non pos-  
set non esse extrema; latque adeò terminans, &  
finiens versus Orientem totum residuum ipsius li-  
neæ extensem versus Occidentem. Cùmque se-  
cun-

cunda linea usque ad eam dumtaxat partem esset  
æqualis primæ versùs Orientem; quia supponit  
ur excidi ab illâ quoad totum reliquum; non  
posset non secunda linea esse finita versùs Ori-  
entem, utpote versùs Orientem æqualis finita. Et  
tamen supponebar esse infinita. Quod implicat  
contradictionem.

**43** Iam vero, ut infinitum multitudinis formaliter  
ut infinitum subiret accrementum, tale acre-  
mentum deberet esse numerabile post transactam  
integram augmentationem successuam totius mul-  
titudinis infinitæ. Hoc autem contradictionem  
implicat. Quia eo ipso, quod esset numerabile,  
tale accrementum post transactam totam succes-  
suam numerationem dicta multitudinis, tota  
ipsa numeratio successiva pertransibilis esset; ipsaq;  
proinde multitudine non esset infinita; ut supponit  
tur. Siquidem multitudine infinita per successuam  
numerationem nequitiam pertransibilis est iuxta  
definitionem statutam q. 1. Pariter venit ostendendum,  
infinitum multitudinis formaliter ut  
tale pati decrementum non posse permanens infi-  
nitum. Quia tale decrementum deberet incipere  
ab aliquo gradu successiva numerationis eius possi-  
bilis. Quo fieret, ut talis gradus extremus esset  
talis numerationis, ipsaque subinde numeratio  
finita esset. Quod protius repugnat; cum nume-  
ratio successiva possibilis multitudinis infinitæ ne-  
cessariò debeat esse infinita; ut constat ex dictis.  
Eademque de causâ prolsus repugnat, ut vnum  
infinitum multitudinis formaliter qua tale sit mai-  
us altero. Quia adhuc opus esset, ut numeratio-  
nes successivæ possibiles amborum usque ad ali-  
quem gradum prima, à quo inciperet eius ex-  
cessus, essent æquales. Cumque residuum ipsius  
prima à tali gradu verius principium necessariò  
esset finitum, utpote clausum duobus terminis,  
iuxta proposit. 18. & tota secunda numeratio tali  
residuo æqualis finita esset. Quod est implicatio-  
rium. Cum numeratio successiva possibilis mul-  
titudinis infinitæ nequitiam possit esse finita; ut  
constat ex dictis. Et hancen de primâ parte  
propositio.

**44** Quod autem vnum infinitum materialiter  
sumptum suscipere accrementum possit, aut de-  
crementum pati, maiusque, aut minus alio esse,  
qua erat pars secunda propositionis, imprimis  
constat ex doctrinâ proposit. 12. & 13. Deinde  
qua ad oculum evidenter ostenditur. Quia, si  
alicui infinito multitudinis iungantur aliquot vni-  
tates, ut est manifestè possibile, & subibit illud  
talium unitatum accrementum, & eundem maius  
infinitum illo, quod antea erat, utpote excedens  
illud quoad tale accrementum. Si vero ab aliquo  
infinito multitudinis derrahantur aliquot vni-  
tates, ut plane eriam fieri potest, & patientur illud  
decrementum talium unitatum, & eundem infinitum  
minus illo, quod antea erat, utpote supera-  
sum ab ipso quoad tales vnitates. Similiter, si  
lineæ infinitæ versùs Orientem, & incipienti hinc  
iungantur ab hoc extremo versùs Occidentem,  
aliquot vlnæ, & accipiet earum accrementum,  
& eundem finitum extensionis maius eo, quod antea  
erat. Quod si lineæ proposita detrahantur à  
dicto extremo aliquot vlnæ, & minueretur quoad  
illas, & eundem infinitum extensionis minus illo,  
quod erat antea. Vel aliter. Sit quantum quoad  
latitudinem, & grosiciem pedale, infinitum vero  
quoad longitudinem, addaturque, & vniatur illi  
ad latus akud per omnia æquale certè resultabit  
quantum infinitum absolute duplum priore. Op-

positumque euenerit, si quanti propositi latitudo,  
grosicieque fundatur, à totoque illo detrahatur  
dimidium eius; ut est noissimum. Tantumdem  
que de ceteris infinitis tuum multitudinis, cum ex-  
tensionis venit dicendum.

### Propositio 15.

Necessarium omnino est, ut omnis  
multitudo infinita vel sit par, vel impar.

Hec propositio superius disp. 10. q. 3. propo-  
sit. 17. sub doctrinâ vniuersaliore est demonstrata.

Ineque proinde perenda est demonstratio eius.  
Ex qua necessariò consequitur, ut omnis  
multitudo infinita aut possit diuidi bifariam, aut  
prope bifariam.

### Propositio 16.

Quoties quantum infinitum dividitur  
bifariam, ambæ partes, in quas dividitur  
necessariò sunt infinitæ. Et idem est, si di-  
vidatur prope bifariam; quia non potest bi-  
fariam diuidi.

Ratio demonstrans primam partem propositi  
est. Quia, si ambæ dictæ partes essent fini-  
te, quantum diuisum contra suppositionem fini-  
tum esset iuxta proposit. 3. Si autem altera pars  
infinitæ & altera finita esset; cum supponantur  
æquales, daretur quantum infinitum æquale finiti  
contra proposit. 11. Secunda autem pars propositi  
supponit ex proposit. 15. omne infinitum  
multitudinis (ad quod cetera possunt reduci iuxta  
dicta q. 1.) aut esse par, sive bifariam diuisibi-  
le; aut esse impar, sive diuisibile prope bifariam  
in duas scilicet partes, quarum altera alte-  
ram unitate tantum excedat. Quas ambas partes  
debere itidem esse infinitas constat similiter; quia  
nequeant ambæ esse finita, ne totum diuisum sit  
finitum; neque potest esse infinita, quæ minor  
est, & altera finita ex proposit. 11. neque potest  
vice versa major esse infinita, & minor finita ex  
cädem proposit. 11. utpote quia maior minorem  
excedit excessu finito, nempe unitate.

Ex hac propositione inferatur, omne infini-  
tum infinites infinitibile esse in partes, quarum  
quilibet in se sit infinita; & consequenter nec-  
essariò compositum esse ex infinitâ multitudine par-  
tium, quarum quilibet in se sit infinita. Quia  
omne infinitum in duo dimidia, aut prope dimi-  
dia infinita diuidi potest iuxta dicta. Quodunque  
corum ob eandem rationem in alia duo etiam in-  
finita. Et horum rursum quodvis in alia duo. Et  
ita deinceps sine fine. Ex quo patet, impossibile  
esse aliquod infinitum, quod sit omnium mini-  
mum aut absolutè, aut intra quodvis genus.

Vnde rursus inferatur, quodvis infinitum ex  
infinitis infinitâ multitudine infinitorum compo-  
situm necessariò esse: rursusque ex infinitis infi-  
nitis infinitâ multitudine: & ita deinceps, repe-  
tendo sine fine aduerbum infinites: quod est mi-  
rabile. Quia quodvis infinitus primo constat ex  
infinitâ multitudine infinitorum, ut ostendit  
horum quodvis rursus ob eandem rationem  
ex infinitâ multitudine infinitorum minorum con-  
stare debet: & horum quodvis iterum ex infinitâ  
minorum: & sic deinceps sine fine. Quod est,  
illud primum ex infinitis infinites infinitâ mul-  
tidine infinitorum constare: & sic deinceps ite-

pe-

### Disp. XIII. De infinito, infinitateque, &c. Quæst. II. 391

petendo sine fine adverbium *infinities*.

<sup>50</sup> Denique ex his infertur, possibile, sive ex-  
cogitabile esse infinitum altero infinites maius.  
Tale enim erit illud, cuius infinita multitudo in-  
finitorum, sive partium in se infinitarum æqualis  
fuerit infinitæ multititudini vnitatum alterius; vt  
citra dubium esse potest iuxta dicta proposit. 12.  
& 13.

<sup>51</sup> Sed est solerter aduertendum, partes in se  
infinitas, ex quarum infinities infinita multitudo  
quoduis infinitum componitur iuxta dicta, inae-  
quales esse, proportionalesque proportione de-  
scendente à maiore versùs minorem inæqualita-  
tem. Hoc enim solum ex præsente propositione  
concluditur. Vtrum autem quoduis infinitum,  
aut aliquod partes etiam aliquotas, sive interfe-  
ræquales, partesque inæquales proportionales pro-  
portione ascendentè à minore versùs maiorem  
inæqualitatem in se contineat tum in se infinitas.  
tum infinitas, aut infinites infinitas quoad multitu-  
dinem, infra propos. 29. & 30. determinandum est.

#### Propositio 17.

<sup>52</sup> Quævis multitudo infinita vnitatum  
infinites continet in se quemlibet numerum  
vnitatum possibilem; seu, quod in idem re-  
cidit, ex infinita multitudine quorumlibet  
numerorum possibilium composita est.

Quia, si esset composita ex multitudine quo-  
rumlibet numerorum finita, cum omnis num-  
erus sit in se finitus, vt supponimus, (multitudo  
quippe finita dicitur numerus); ex multitudine  
finita partium in se finitarum esset composita, ac-  
que ita iuxta proposit. 4. non esset multitudo infi-  
nita, sed finita contra suppositionem. Et con-  
firmari potest. Quia in quavis multitudine infini-  
tæ vnitatum aliqua continentur milliaria vnitata.  
Sed non finita: quia & vnitates essent finitæ  
contra suppositionem. Ergo infinita. Idemque  
est de quibusvis alijs numeris; vt constat.

<sup>53</sup> Ex hac propositione infertur primò contra-  
Fasolum 1.pq.7. art. 3. & 4. cub. 6. n 1. Mayro-  
nemque, & Bacchonem ab eo relatòs, impossibili-  
tatem prorsus esse multitudinem vnitatum, in qua  
non sint infiniti binarij, infiniti ternarij, tum  
quatenarij, quinarij, &c. Multitudo tamen nu-  
merorum contenta in multitudine vnitatum, ta-  
men infinita, minor multitudo erit semper ipsa  
multitudine vnitatum; eoque minor, quod num-  
eri assumpti fuerint maiores. Multitudo enim bi-  
nariorum contenta in multitudine vnitatum duplo  
maiò est ipsa multitudine vnitatum; & multi-  
tudinæ numerorum decuplo minor; & sic de reli-  
quis.

<sup>54</sup> Secundò infertur, in quavis multitudine in-  
finitæ vnitatum non solum contineri multitudinem  
infinitam quorumvis numerorum æqualium, vt  
milliariorum, millionum, &c. sed etiam multitu-  
dinem infinitam quorumvis numerorum inæqua-  
lium in qualibet proportione sese excedentium aut  
arithmetica, aut, geometrica iuxta dicta de his  
supra disp. 12. q. 2.

<sup>55</sup> Tertiò infertur, in quavis multitudine in-  
finitæ vnitatum infinitas infinitam multitudinem  
quorumvis numerorum contineri; tursusque in-  
finites infinitas infinitam; & ita deinceps repe-  
tendo sine fine adverbium *infinities*. Quia in qua-  
vis multitudine infinita vnitatum infinites infinitæ  
multitudines vnitatum, quarum singula in se sunt

infinitæ, continentur; tursusque infinites infinitæ  
infinitæ, repecendo sine fine dictum adver-  
biū, iuxta proposit. 16. At in singulis hisce in-  
finitis multitudinibus vnitatum infinita multitudo  
quorumvis numerorum continetur iuxta præsen-  
tem proposit. Ergo, &c.

Quarto infertur, infinitum millionum, aut  
quorumvis aliorum numerorum quantuumvis ma-  
gnorum minus posse esse alio infinito vnitatum.  
Est clarum. Quia si sint duo infinita vnitatum,  
quorum primum sit maius secundo iuxta proposit.  
12. infinitum primum vnitatum maius erit infinito  
millionum, aut quorumvis aliorum numerorum  
contento in secundo iuxta præsentem proposit.

#### Propositio 18.

Impossibile omnino est, vt quantum  
extensionis vtrinque terminatum, sive ha-  
bens ab utroque latere extremum sit in-  
finitum.

Hæc propositio de mente omnium videba-  
tur esse, imo ex ipsis terminis satix nota, donec  
ita ab aliquibus cœpit in dubium verti, vt oppo-  
siitione affirmare non dubitaverit Arriaga disp. 13.  
Phyl. sect. 1. Cui etiam consentit Carlet. disp.  
46. Phyl. sect. 8. n. 6. Itaque afferunt, possibilem  
esse lineam vtrinque terminatam, & nihilominus  
impertransibilem successivè, atque adeò infinitam;  
& consequenter, possibile esse triangulum,  
cuius tria latera sint infinita; aliaque quanta-  
huiusmodi. Verum, quam falla sit doctrina hæc.  
& nostra propositio vera, præterquam quod ex  
ipsis terminis videtur satis evidens; quia satis eu-  
dens ex se videtur, non posse esse impertransibi-  
lem successivè extentionem terminatam, qua ta-  
lem; facile demonstrari potest.

Primò in triangulo  
infinitorum laterum. . .  
Sit enim illud ABC.  
Ducanturque, sive du-  
cta considerentur, vt re-  
vera esse possunt, tali  
triangulo supposito, om-  
nes linea transversæ pos-  
sibiles ab angulo B vique  
ad basim AC incipien-  
do ab eà, quæ vnius A  
dumtaxat palmo est, & descendendo vique ad ba-  
sim AC inclusiæ per seriem linearum producta-  
rum, quatuor vnaquæque vno omnino palmo  
excedat precedentem. Tum sic. Omnes prædictæ  
lineæ sunt finitæ; quia descendendo à primâ vnius  
palmi ipsi angulo B immediatâ ipsa prima est fini-  
ta; vt constat; tum secunda eam excedens uno  
dumtaxat palmo; tum tercia, & cetera omnes,  
quarum vnaquæque vno similiter palmo dumta-  
xat excedit precedentem. Siquidem quodvis  
quantum excedens excessu finito alterum quau-  
tum finitum necessario est finitum iuxta proposit.  
3. Aliunde vero eodem omnes linea sunt infinitæ;  
quia ascendendo à basi A C ipsa est infinita, vt  
ponitur; & vnaquæque ceterarum à precedente  
uno dumtaxat palmo excedit. Repugnatque  
non esse infinitum quantum, quod ab altero in-  
finito excedit excello finito iuxta proposit. 11.  
Eadem igitur linea sunt simul finitæ, & infinitæ.  
Quod est impossibile iuxta proposit. 2. Nec dici  
potest, aliquot eiusmodi linearum, quæ ad vasim  
vergunt, esse infinitas, & aliquot, quæ ad angu-  
lum



lum vergunt oppositum finitas esse. Quia, cum multitudo priorum, & multitudo posteriorum per duas lineas extremas sui debeant intra triangulum ipsum esse continuat, sive contigua, ut est manifestum; fieret, ut ex duabus dictis lineis extremis altera infinita, & altera finita esset: cum tamen illa unica dumtaxat palmo hanc excederet. Quod est absurdum contra eamdem proposit. 11.

Recentiores quidam hoc argumento, conuicti triangulum ex lateribus infinitis constantem impossibilem reputarunt. Concedebant tamen possibilem (ne omnino deferentem Arriagam) lineam vtrinque terminatam, & nihilominus infinitam. Contra quos in publicis disputationibus oppositum demonstravi, supponens, esse, lineam A B, & ita arguens. Vel qualibet A

omnino vlnarum, ex quibus constat dicta linea, prater extremam A relinquunt post se versis ipsam extremam A quantitatem finitam; vel qualibet relinquunt quantitatem infinitam; vel sunt aliquae relinquentes quantitatem finitam, & aliquae relinquentes infinitam. Alius quippe casus excogitabilis non est, ut constat. Si dicatur primum. Vlna extrema B relinquet quantitatem finitam versus extremam A. Atque ita tota linea erit finita contra suppositionem. Siquidem ex quantitate finita reliqua versus A, & ex vlna B etiam finita nequit non resultare totum finitum iuxta proposit. 3. Si autem dicatur secundum. Vlna immediata extrema A relinquet quantitatem infinitam: cum tamen solam ipsam vlnam A relinquat, qua finita est. Quod est contradic̄to contra proposit. 2. Si denique dicatur tertium. Rursus inquirō. Aut aggregatum vlnarum relinquenter versus A quantitatem infinitam, & aggregatum vlnarum relinquenter finitam (ex quibus ambobus reuerā composita, est ipsa linea, ut constat) in ipsiusme compositione adquātē se excludunt; ita quod ab uno late. re linea integrē sit vnum in totum aggregatorum, & ab altero alterum, per duasque līi vlnas extre. mas continentur in medio. Aut non se excludunt adquātē, sed mixte, & interpolatē componunt linea ipsam. Hi namque duo casus dumtaxat sunt excogitabiles, quod ad rem attinet; ut est manifestum. Si primum. Ex duabus vlnis contiguis, sive immediatis, que sunt extrema dictorum aggregatorum, altera versus extrema A relinquet quantitatem finitam, & altera infinitam: cum tamen quantitates ab utraque versus extrema A reliqua vnicā tantum vlnā se excedant. Quod est absurdum contra proposit. 11. Si secundum. Ergo erit vlna reliquens versus A quantitatem finitam, & vlna ipsi A propinquior reliquias infinitam. Indebet fiet, ut de. tetur totum finitum, cuius pars infinita sit. Quod est absurdum contra proposit. 11. Manet igitur demonstratum, prorsus esse impossibile, quod linea vtrinque terminata infinita sit. Pariterque venit demonstrandum, impossibile esse vniuersē, ut aliquid quantum extensum, & vtrinque terminatum sit infinitum.

60 Deinde monstratur propositio in seriebus successivis, & nonquam finiendis tum partium temporis, tum durationum, aut etiam cogitationum futurarum Beatorum. Quarum serierunt nullum segmentum esse possibile, quod duobus terminis claudatur, & nihilominus sit infinitum, manifestum est. Quia, cum nulla sit pars eius.

modi serierum, qua non sit furura, & consequenter, qua seorsim considerata non sit transitura, defacto, prout dicebamus disp. 10. q. 3. proposit. 20; ampliusque inferius exponemus, quæcumque dicatur esse extrema cuiusvis excogitabilis segmenti, de facto transitura erit; atque adeo & totum segmentum successivū erit transiturum de facto. Quo longè abest, ut impertransibile successivū, atque ita infinitum sit. Repugnat igitur segmentum cuiuslibet dictarum serierum, quod, cum claudatur extremis, infinitum sit. Et quidem, si tale segmentum terminatum, & nihilominus infinitum, seu successivū impertransibile, possibile esset, eo ipso esset æternum, & nonquam finiendum. Nullaque proinde ratio esset ad assertandum (vti citra omne dubium, & consequenter ad fidei dogmata asterendum est) æternitatem, & series omnes durationum, seu rerum aliarum, æternitatem ipsā commensuratas ultra omnem terminum excogitabilem in infinitū absque ulo prorsus limite extendi temporali extensione. Quod si nulla series extensa temporaliter infinita esse potest, si duabus extremis terminata, seu clausa sit. Neque illa series aut localiter, aut aliter quoquo modo extensa infinita esse potest, si duabus extremis similiter terminata, seu clausa sit. Tum quia nulla idonea potest reddi disparitas. Tum quia cuius omnino seriei clausa terminis extensa quomodolibet æqualis series quoad graduum multitudinem terminis clausis alteram infinitam, & alteram finitam esse iuxta dicta proposit. 11.

Obijicitur tamen contra propositionem nostram pro sententiā Arriage primō. Inter hominem, & lapidem dantur infinitae species possibilis rerum inæquales quoad perfectionem, atque adeo subordinata secundum prius; & posterius in serie dignitatis, qua subinde series non potest non esse infinita quoad suam extensionem, & tamen vtrinque est terminata, speciebus scilicet hominis, & lapidis. Igitur quantitas extensa terminis clausa, & nihilominus infinita possibilis est. Nego antecedens. Quia hulla series clausa extremis potest esse infinita iuxta dicta. Atque ita, licet demus inter hominem, & lapidem esse possibilis infinitas species rerum, quarum aliae sine æquales, & aliae inæquales quoad perfectionem, de quo infra; infinitudo tamen ista penes æquales nullam constituentes seriem erit potissimum; nam inæquales seriem prioris, & posterioris quoad perfectionem dictis duobus terminis clausam constituentes semper erunt finitas. De quo plura dicemus infra q. 9.

Secundō obijicitur. Si sit linea versus Orientem interminata, & infinita, incipiens tamen hinc atque adeo terminata versus Occidentem, potest à Deo bifariam diuidi per aliquid punctum sui, a quo versus Occidentem dimidium talis linea sit, & alterum dimidium versus Orientem. At dimidium ex talis divisione reliqua versus Occidentem duobus extremis erit clavulum, ut constat; & nihilominus infinitum: cum quia dimidium infiniti; quod finitum esse non potest: cum quia æquale alteri dimidio vergenti in Orientem, quod infinitum est citra dubium. Ergo &c. Respondeo, nullum in proposita linea fore punctum, per quod possit ea modo dicto bifariam diuidi; quia quævis omnino pars talis linea à quouis omnino pun-

puncto eius vergens versus Occidentem semper est finita iuxta dicenda proposit. 19. Quomodo autem prædicta linea aliter posset à Deo bifariam diuidi, & quando, ex dicendis proposit. 28. infinitescet.

63 Tertiò obijcitur. Progressio partium proportionalium proportione maioris inæqualitatis continui iuxta sententiam communem componentem illud ex partibus sine fine diuisibilibus infinita est; & tamen clausa duobus terminis. Ergo & progressio quævis etiam partium aliquotarum poterit infinita esse; et si duobus terminis clausa sit. Respondeo primò, progressionem partium proportionalium iuxta eam sententiam non esse clausam duobus terminis intrinsecis; quia, quo latere infinita est, nullam partem proportionalem extremam, sive ultimam habet. Vnde non mirum, quod ab eo latere ponatur infinita in suo genere, utpote ex infinitis partibus proportionalibus citra villam, quæ sit ultima, constans. Tametsi ab eodem latere terminum extrinsecum habeat, ultra quem extendi non possit. At progressio quævis partium aliquotarum terminis clausa necessariò debet habere ab viro que latere aliquam extremam partem aliquotam & qualē ceteris, quæ sit ipsius intrinsecus terminus, & ita ab Aduersarijs supponitur. Hoc autem stare non potest cum eo, quod partes aliquotæ intra duas extremas posita sint infinitæ; & consequenter neque cum eo, quod sit infinita ipsa progressio; ut constat ex superiori dicitis. Respondeo secundò, etiam progressionem partium proportionalium categorematicè infinitam, & termino extrinseco clausam apud me impossibile esse, ut constat ex doctrinā, quam dedi supra disp. 10. q. 4. Quocirca liberior adhuc ab obiectione facta maneo.

64 Quartò obijcitur. Qualitas infinitè intensa diuidi à Deo bifariam potest in duo dividim infinita, quæ tamen terminata manebunt gradu supremo, & infimo. Ergo, &c. Respondeo, si gradus intentionis qualitatis sint subordinati quoad perfectionem, ut aliqui opinantur, non posse esse qualitatem infinitè intensam, & habere gradum supremum; sed, incipiendo ab infimo, inde debere progressionem proportionem minoris inæqualitatis ascendere absque vlo proflus termino. Quo fieri, ut series dignitatis resulteret ab uno latere interminata, & infinita, & ab altero terminata, & finita; atque adeò non diuisibilis bifariam per aliquem mediorum graduum, ut dictum est de linea infinita versus Orientem, & finita versus Occidentem n. 62. Tametsi aliter, sicut & cetera eiusmodi series, bifariam posset diuidi iuxta dicenda proposit. 28. De quibus insuper plura dicenda sunt infra q. 9. Quod si vero gradus intentionis qualitatis non sunt subordinati quoad perfectionem, vni alii opinantur, in qualitate infinitè intensa infinitum quoddam multitudinis constituentem absque vlo ordine seriali partium, sive unitatum, atque adeò absque extremis; taliaque erunt etiam duo infinita, quæ resultabunt ex illo bifariam diuisio. Per quæ tum argumentum oppositum dilutum manet; tum cetera, quæ opponi possunt, ab uno quoque facile diluentur. Per ea namque plane constat, nullum quantum extensionis esse possibile prout à quanto merè multitudinis conditum, quod sit & terminis clausum, & infinitum.

65 Vnde vniuersaliter infertur, ultra totum quantum extensionis, quo latere infinitum est, nullam omnino capacitatem superesse vterioris

extensionis, additamente ve eius. Quoniam ibi necessariò terminaretur extensio quanti, vnde tale additamentum posset incipere. Atque ita ea iuxta præsentem propositionem à tali latere finita esset: cum tamen supponatur esse infinita. Quæ duo coherere non possint iuxta proposit. 2. Ita si detur linea infinita versus Orientem, totum omnino spatiū locale lineale, cui correspondet, debet necessariò replere; quin superst̄ versus Orientem quidpiam illius. Pariterque est philosophandum de ceteris quantis extensionis infinitis consentaneè ad vniuersus naturam.

### Propositio 19.

Quoties quantum quodvis extensionis 66 ab uno latere terminatum, sive finitum, & ab altero interminatum, sive infinitum est, nullus est gradus in tota serie, in qua consistit, à quo versus latus finitum sit portio quanti infinita. Sed necessariò portio contenta inter primum, sive extreum gradum eius lateris, & quilibet omnino aliorum totius seriei necessariò est finita.

Quia necessariò talis portio duobus extremis est clausa, primo videlicet, & altero. Repugnatque, extensionem quamlibet clausam duobus extremis esse infinitam iuxta proposit. 18.

Itaque si detur linea infinita versus Orientem, incipiens tamen hinc, atque adeò versus Occidentem terminata hoc puncto, nulla eius portio erit inclusa inter hoc punctum, & quodvis aliud totius lineæ, quæ non sit necessariò finita. Quemadmodum etiam portio temporis inclusa, inter instans præfens, & quodvis omnino aliud aut ex præteritis, aut ex futuris instantibus necessariò est finita. Similiter in serie infinita numerorum proportionalium incipiente à binario, & in quavis omnino proportione sive arithmeticā, sive geometricā sine fine ascendentē nullus est numerus, à quo versus binarium non sit finita portio talis seriei: atque adeò etiam numerorum finita multitudo. Portio siquidem seriei finita ex infinita multitudine gradum (ex quibus tanquam ex partibus aliquotis in se finitis quoad talem extensionem componitur) constare non potest iuxta proposit. 5. Tantumdemque est de quibusvis alijs seriebus aut originis, aut connexionis, aut dignitatis, &c. ab uno latere terminatis, & ab alio infinitis.

Ex hac propositione inferitur primò, in omni serie ab uno latere finita, & ab altero infinita nullum omnino gradum esse, à quo versus latus infinitum non superst̄ semper portio infinita talis seriei. Quia, cum ab omni gradu versus latus finitum, necessariò relinquitur portio finita iuxta præsentem proposit. Si ab aliquo gradu versus alterum, latus superest portio finita; ex duabus portionibus, sive partibus finitis esset tota series composta. Atque adeò contra suppositionem vadequate finita esset iuxta proposit. 3.

Secundò infertur, nullam seriem ab uno latere finitam, & ab altero infinitam posse per aliquem sive gradum bifariam, sive in duas partes æquales diuidi. Quia portio à tali quouis gradu versus latus finitum relicta finita esset, residua autem versus alterum latus extensa esset infinita iuxta confess. præced. Finitum autem infinito æquale esse nequit, iuxta proposit. 11.

D D D Ter.

70 Tertiò infertur, si sint duas series eiusdem generis ab uno latere infinitæ, & ab altero finitæ inæquales inter se iuxta dicta proposit. 13, excessum, quo una excedit alteram necessariò debere esse finitum. Quia, cùm non possint se excedere à latere infinito iuxta proposit. 14, supereft ut se excedant à latere finito: & omnis excessus excoigitabilis vnius supra alteram à latere finito necessariò debet esse clausus terminis, atque adeò finitas iuxta præsentem proposito ut constat.

71 Vnde sequitur quartò, si series ab utroque latere infinita per quenlibet omnino gradum sui diuidantur in duas, impriuas has necessariò debere esse infinitas ab uno latere, & finitas ab altero, vt patet ex se, & ex dictis. Deinde necessariò debere esse eas aut æquales, aut inæquales iuxta proposit. 13. Prunt autem æquales si gradus, per quem est facta diuiso, sit centrum, aut quasi centrum, integræ seriei iuxta dicenda proposit. 27. Inæquales autem erunt, si gradus sit quilibet aliis. Quicunque autem illæ sit, necessariò præterea sequitur, excessum maioris supra minorem non posse non esse finitum iuxta præcedens conseruum.

### Propositio 20.

72 Multitudo omnium numerorum possibilium inter se diuersorum necessariò infinita est. Ea autem tota necessariò est contenta in quavis omnino multitudine infinita vnitatum.

Prior pars propositionis ostenditur. Quia nullus est numerus possibilis diuersus à ceteris, qui non continetur in progressione arithmeticâ (quam dicunt naturalē) incipiente ab unitate, & semper per additionem solius unitatis ascendentē. Ut 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, &c. Nullus quippe est excoigitabilis numerus, ad quem tandem perveniri non posset per talem progressionem, vt est nonnullus; & qui propter ea non sit pars, gradus ve illius contentus in ipsa. Ast huiuscemodi progressio, siue series in sua possibiliitate, seu quiditate infinita est; eo quod nullus est numerus excoigitabilis in illa, ultra quem non sit alius major excedens ipsum in unitate. Igitur multitudo omnium numerorum inter se diuersorum, qui in idem recidunt iuxta dicta cum omnibus gradibus huius seriei, necessario infinita est. Siquidem series infinita non potest non ex infinitis gradibus (qui loco ipsi sunt partium aliquotarum in se finitarum) constare iuxta proposit. 9.

73 Iam posterior propositionis pars ex dictis proposit. 17. constat. Siquidem multitudo omnium numerorum possibilium inter se diuersorum multitudo infinita est quorundam numerorum inæqualium, & in proportione arithmeticâ naturalē lese excedentium. Ibi autem statutum est, quorumus numerorum inæqualium in qualibet proportione se excedentium multitudinem infinitam in quavis multitudine infinita vnitatum contentam esse. Sed demonstremus insuper illam speciatim. Quoniam in quavis multitudine infinita vnitatum vel continetur integra series prædicta numerorum incipiendo ab unitate, siue à binario, & ascendendo per additionem unitatis absque ullo fine. Vel continetur aliqua dumtaxat portio talis seriei, qua incipiendo ab unitate, siue à binario in aliquo alio numero, siue gradu eiusdem seriei terminetur. Si primum. Habetur in-

tentum. Secundum autem est impossibile. Quia talis seriei portio necessariò debet esse finita, atque adeò ex multitudine numerorum finita constans iuxta proposit. 18. Si autem sola illa continetur in multitudine infinita vnitatum, fieri contra proposit. 2, vt multirudo infinita vnitatum esset finita: quia ex multitudine partium in se finitarum composita iuxta proposit. 4.

Confirmatur, & declaratur primò. Quia enidens est, ex quavis multitudine infinita vnitatum posse à Deo extrahi, vel intra eam mente componi, siue discerni, siue cognosci aliquam multitudinem numerorum, quorum primus sit binarius, secundus ternarius, & ita deinceps continuè ascendo per vnitatem. Vel ergo hac multitudine numerorum ita seriatim se excedentium est infinita, & iterum habetur incrementum. Vel est finita, & aliquo numero terminata, & reddit iterum absurdum nuperim illatum. Ergo,

Confirmatur secundo. Quia vel multitudine infinita vnitatum per successuum acceptiōem, numerorum in proportionē dictā, & incipiendo ab unitate, siue à binario est successiū petrascibilis vel non. Si est. Planè sequitur, non esse eam infinitam, sed finitam contra suppositionem; quia multitudo successiū petrascibilis per acceptiōem quarundam ipsius partium in se finitarum non potest non esse finita; cùm multitudo se petrascibilis talium partium eo ipso finita sit. Si non. Ergo series eiusmodi numerorum incipiens ab unitate, siue binario contenta in dicta multitudine infinita est: quod intendimus: atque adeò omnes numeros possibiliter inter se diuersos complectens; utpote quorum nullus est non contentus in ipsa iuxta dicta. Recognoscantur insuper quae ad rem supradictam tacta disp. 10. quæst. 3. proposit. 21.

Ex hac propositione infertur, in quavis multitudine infinita vnitatum non semel solum, sed infinites contineri infinitam seriem supradictam, omnium numerorum possibilium inter se diuersorum: imo infinites infinites, infinites, & sic deinceps sine fine repetendo istud adverbium. Quia quavis multitudo infinita vnitatum tot infinitis multitudinibus minoribus composita est iuxta dicta proposit. 16. In quarum qualibet iuxta præsentem propositionem necessariò debet esse contenta series infinita omnium numerorum possibilium; ut constat.

### Propositio 21.

Vnum infinitum ita esse maius alio post dicta proposit. 12. 13. & 14. ut vel excessu finito, vel infinito illud excedat.

Si enim alteri duorum infinitorum æquum addatur aliqua pars finita, iam illud excedat alterum excessu finito; infinito autem, si addatur illi pars infinita, ut si diuiso uno eorum bifariam aut prope bifariam iuxta proposit. 15. & 16. dividium, aut prope dimidium diuisi alteri addatur,

### Propositio 22.

Omnis series numerorum proportioniter se excedentium quocunque genere proportionis in sua possibiliitate, seu quiditate necessariò est infinita à latere, versus quod ascen-

### Disp. XIII. De infinito, infiniteque, &c. Quæst. II. 395

ascenditur; finita autem ab altero, versus quod descenditur.

Quia, ut constat ex dictis proposit. 20. nullus est excogitabilis numerus, quo maior alius non sit possibilis eo excessu, secundum quem procedit series, sive progressio. Quod ipsum est, talem seriem in sua possibilitate, seu quiditate infinitam esse à latere, versus quod ascenditur. A latere autem altero, versus quod descenditur, debet dari numerum, qui minimus sit talis proportionis, infra quem amplius iuxta illam descendit non possit, & consequenter sit extremus talis serierit, est manifestum. Quia numerorum possibilium, eti nullus datur maximus, quia nullus est, quo maior alius non sit possibilis, ut dictum est; esse tamen aliquem, qui sit minimus absolute, nempe binarium (infra quem iam nullus alius numerus est possibilis, sed sola veritas), competitum est ex se, & ex dictis disp. 10. q. 3. proposit. 21. Vnde competitum est itidem, respectu ad descenditum numerorum secundum vnamquamque proportionem eorum possibilem minimum omnium numerum dari debere.

79. Est quippe sermo in propositione de numeris integris, ut vocant. Numerorum enim fractionum non datur minimus: quia, qua ratione sunt diuisibiles, in infinitum sunt diuisibiles; neesseque est, ut quantitas in infinitum diuisibilis minima quantitas non detur, ut etiam est notum. Siquidem quantitatis in infinitum diuisibilis nulla pars est, qua minor alia non sit possibilis; quia nulla pars est, qua non contineat in se alias minores, in quas diuisibilis est. Porro numeri fracti sive minutæ (verouis namque nomine nuncupantur) non physice, sed mathematicè sunt diuisibiles in infinitum; hoc est, per nostram rationem dumtaxat, prout loco nuper citato expositum, & statutum est.

80. Supponit autem propositio, excessum, sine additamentum, quo numeri proportionales quamlibet seriem componentes secundum quodlibet proportionis genus se excedunt, necessario debere semper esse finitum: quia per excessum, sive additamentum infinitum iam quis numerus à ratione numeri extraheretur, ad multitudinemque infinitam transiret. Quo numerorum proportionalium progressio aut rumperetur, aut cestaret, ut est notissimum. Siquidem inter excessum finitum, & infinitum nullatenus potest esse proportio reperta inter excessus finitos, ut est manifestum. Vnde rursus planè consequitur, in quavis serie numerorum proportionalium, quantumvis sit infinita à latere, versus quod ascendit, nullatenus posse dari numerum ultimam in se infinitum; (transiret namque contra dicta proportionaliter à numeris finitis ad infinitum); sed omnes in se necessario finiti esse debent: maiores tamen semper, & maiores in infinitum à dicto latere ascendent; ita, quod series ex multitudine infinita numerorum in se finitorum, & inaequalium composta sit: quin sit dabilis ullus numerus omnium possibilium supremus, sive ultimus, sive maximus.

81. Contra quod tamen sic potest obisci. Deus potest facere omnia, quæ potest facere. Ergo potest facere omnia, quæ potest facere citra infinitam multitudinem. Ergo potest facere multitudinem continentem omnia citra infinitudinem possibilia. Quæ multitudino necessario erit numerus ultimus, sive supremus possibilis. Respondeo, Deum quidem pos-

se facere omnia, quæ potest facere quæ ratione ea potest facere, sive quæ ratione ea sunt possibilia. Atque ita, Deum posse facere distributivæ omnia, quæ distributivæ sunt possibilia citra infinitudinem. Scens collectivæ, quæ collectivæ. Quia nulla est possibilis collectio finita continens omnia possibilia distributivæ citra infinitudinem. Est dicere, nulla est multitudine finita, seu numerus possibilis, quem Deus citra infinitudinem non potest facere seorsim, relictis semper alijs in se finitis, quod multitudinem tamen infinitis non factis. Collectio vero omnia numerorum in se finitorum à Deo citra infinitudinem non potest fieri; quia infinita est. Ex quo patet primo, omnia, quæ distributivæ sunt possibilia citra infinitudinem, collectivæ citra infinitudinem possibilia non esse. Secundo, nullam esse possibilem collectionem finitam continentem omnia distributivæ possibilia citra infinitudinem. Tertio, qui dicit omnia collectivæ possibilia citra infinitudinem, terminos iungere repugnantes. Quia sub terminum omnia collectivæ sumptum vel cadit collectio infinita, & ita repugnat eius significatum citra infinitudinem esse; vel cadit collectio finita, & ita repugnat eius significatum continere omnia possibilia citra infinitudinem: quia, præter quamlibet collectionem finitam, dantur aliae, & aliae maiores possibiles citra infinitudinem. Ut constat ex dictis. Vnde tandem concluditur neutrum per sophisma factum probari, esse possibilem numerum supremum, sive ultimum, sive maximum omnium,

#### Propositio 23.

Omnis series quantorum extensionis in se finitorum, & proportionaliter se excedentium quounque genere proportionis in sua possibilitate, seu quiditate necessario est infinita à latere, versus quod ascenditur. A latere vero versus quod descenditur, mea quidem sententia non potest non esse finita, loquendo physicè.

Prior pars propositionis ostenditur. Quia in quavis eiusmodi serierum nullum est quantum extensionis in se finitum, quo minus aliud eiusdem generis dari non possit ipsum excedens eo proportionali excessu, secundum quem series procedit. Hoc autem ipsum est, talem seriem in sua possibilitate, seu quiditate esse infinitam à latere, versus quod ascenditur. Pro exemplo sit series linearum ascendens in proportione subdupla, quorum prima linea sit unus palmi, secunda duorum tertia quatuor, quinta octo, sexta decem & sex palmorum, & ita deinceps ascendendo absque vilo termino, seu fine.

Posterior pars propositionis sub opinioni posita est. Nam qui censem, quantum continuum esse diuisibile physicè in infinitum; consequenter censem, progressionem quarumlibet partium proportionalium eius seipsa, & physicè posse sine fine descendere. Atque ita à linea propria palmarum in proportione dupla peste in infinitum descendit, per lineas scilicet dimidi palmi, quartæ partis palmi, octauæ partis palmi, decimæ sextæ partis palmi, & sic deinceps sine fine. Tametsi addant, à latere, versus quod descenditur, non posse non eiusmodi seriem termino extrinseco terminati. Quo sit, ut ab eo lauere secundum quid

tantum sit infinita: cum tamen sit finita simpliciter. Ego vero, qui censco, quantum continuum ex puris indivisiabilibus debere necessariò esse compositum, in eaque subinde tandem resolubile physice; consequenter afero, nullam seriem partium proportionalium eius à latere, versus quod descenditur, posse vlo modo esse infinitam, solum quando physice. Dico loquendo physice. Quia, mathematicè loquendo, ut pono quantum continuum in infinitum divisibile, scilicet per nostram rationem, ita etiam pono progressiones partium proportionalium eius à latere, versus quod descenditur, in infinitum extendibiles, scilicet per nostram rationem. Quæ vtraque infinito nullatenus categorematica, sed merè syncategorematica est; prout latè ostensum, & explicatum est supra disp. loc. q. 4. Vnde probatio huius posterioris partis propositionis nostra petenda est.

**34.** In priori autem parte supponitur ut certum, excessum, quo quanta extensionis proportionalia in se finita se excedunt, dum seriem infinitam à latere ascendentem componunt; necessariò debere, semper esse finitum. Quia ab excessibus finitis ad infinitum proportionaliter ascendit nequit, cum nequeat inter finitum, & infinitum eadem reperi propotione, qua reperitur inter finita extrema; ut est notissimum, & iam notatum circa quanta multitudinis proposit. 22. Vnde sequitur necessariò inferendum, (prout ibi in simili), in serie prædicta quantorum proportionaliter se excedentium excessu finito, quantumus ea sit infinita à latere ascendentem, nullum omnino dari posse quantum in se infinitum; sed omnia in se necessariò debere esse finita; maiora tamen semper, & maiora in infinitum à dicto latere; ita, quod series ex infinita multitudine quantorum in se finitorum, & in equalium composita sit.

**35.** Itaque per dicta in hac, & in precedenti propositione, universaliter manet statutum, nullam esse seriem quantorum in se finitorum, & proportionaliter se excedentium cuiuslibet omnino generis, quæ in sua possibilitate, seu quiditate non sit infinita à latere, versus quod ascenditur & finita à latere, versus quod descenditur, reipsa, & physice loquendo, scilicet independenter à conceptione nostra.

**36.** Vnde potremò inferendum venit, nullam esse multitudinem infinitam partium revera, & physice proportionalium, quæ nou contineat multitudinem infinitam partium aliquotarum, & consequenter, quæ non constituit quantum simpliciter infinitum in genere suo, iuxta proposit. 10. Quia, cum in serie qualibet infinita partium proportionalium, seu (quod in idem recidit) quantorum proportionalium in se finitorum nulla pars, nullum ve quantum sit, quod non habeat (supra) se à latere, versus quod ascendit eiusmodi series, infinitas partes, seu infinita quanta maiora, atque adeo & infinita æqualia in ipsis maioribus inclusa, iuxta dicta; consequitur planè, in quavis serie infinita partium, quantorum ve proportionalium tot multitudines infinitas partium aliquotarum, seu quantorum singulis ipsis proportionalibus equalium contentas excogitari posse, quot ipsæ partes, ipsa ve quanta proportionalia sunt. Quod est valde notandum. Ex quo etiam apparet, si multitudine infinita partium aliquotarum, maior non sit multitudine parium proportionalium, quarum minima est æqualis singulis ipsis aliquotis, quantum coalescens ex talibus partibus proportionalibus necessariò esse infinite maius

quanto composito ex talibus partibus aliquotis propter infinitam multitudinem excessuum, quibus illæ has excedunt.

### Propositio 24.

Spatium locale, quod imaginarium, appellant, qua ratione reipsa est, infinitum categorematicè quoad trinam dimensionem est, scilicet quoad longitudinem, quoad latitudinem, & quoad profunditatem.

Quoniam huiusmodi spatium reipsa in possibiliatis, sive in quiditate eiusdem praesentia consistit extensa suape essentiæ quoad longitudinem, quoad latitudinem, & quoad profunditatem; subindeque composita ex partibus suape essentiæ constituentibus hanc trinam extensionem, utpote quarum unaquaque extra omnes ceteras est, certumque, & fixum gradum constituit eiusmodi extensionum; ex quo, præterquam à partibus sibi immediatis, cum quibus est contingua, à ceteris omnibus partibus distat multum, aut parum penes multitudinem, aut paucitatem aliarum partium, quæ suape etiam essentiæ sunt interpositæ. Quæ omnia ex dictis disp. 5. q. 2. conspicua sunt.

Quod antem eiusmodi praesentia in suo statu possibiliatis, sive quiditatuo ex partibus aliquotis longitudinis, latitudinis, & profunditatis categorematicè infinitis composta sit; categorematicè subinde quoad dictam trinam dimensionem sit infinita iuxta proposit. 10. inde planè constat; quia, quibusvis eiusmodi partium aliquotarum acceptis, alia, & alia intra ipsum statum possibiliatis, sive quiditatuum restant sine fine accipiendæ; quæ ipsissima est definitio infiniti categorematicè.

Et confirmatur manifestè; quia impossibile est dari in statu existentiali infinitum syncategorematicum aut extensionis, aut multitudinis; quin fint possibilis, atque adeo, quin dentur in statu possibiliatis, sive quiditatuum partes aliquotæ similis extensionis, aut unitates similis multitudinis categorematicæ infinitæ, ut proposit. 1. monstratum est. Sed est certissimum, praesentiam defacto existentem totius Uniuersi infinitam syncategorematicè esse, quatenus ita finita est, ut circumquaque, sive quoad trinam extensionem prædictam maiori, & major in infinitum possit à Deo offici, additis alijs, atque alijs partibus similis extensionis, sive praesentia extensa similiter. Igitur partes possibilis, talis praesentia infinita categorematicæ sunt; praesentiaque subinde possibilis ex illis composita circumquaque infinita est categorematicæ in suo possibiliatis statu. Et consequenter spacium locale in prædicta praesentia possibiliter, sive quiditatue sumptu consitens quoad dimensionem, sive quoad extensionem trinam, prædictam infinitum categorematicè est; prout nostra propositio tert.

### Propositio 25.

Spatium temporale, sive tempus, quod imaginarium dicitur, qua ratione est, utrumque infinitum categorematicè est, scilicet à parte ante, & à parte post.

Quia huiusmodi tempus in serie durationum suspe essentiæ successivæ fluentium possibiliter,

fuc

sue quiditatiē sumptā constituit reuerā , prout supra disp. 8. q. 2. explanatum est . Hanc autem esse vtrinque infinitam , inde monstratur ; quia ante quamlibet partem talis seriei alia , & alia fine principio , sive absque illā primā fuerunt possibilis ; & post quamlibet alia similiter , & alia in infinitum , sive absque illā ultimā possibles restant . Quod ipsum est , talem seriem intra statum suum possibilitatis , sive quiditatiū categoriacē esse vtrinque infinitam .

<sup>91</sup> **Et confirmatur planē.** Quia series durationum non solum possibilium , sed etiam futurorum à parte post categoriacē est infinita in ijs creaturis , qui in aeternū sunt durata iuxta dogmata fidei . Ergo non potest non esse categoriacē infinitum à parte post tempus , cui talium durationum series correspondet . A parte verò ante etiā series durationum existentium finita sit ; quia aliquando capit ; syncategorematice tamē est infinita ; ut est certissimum , quatenus potuit coepisse antea , & antea retrocedendo in infinitum . Quod stare nequit sine eo , quod series durationum possibilium à parte ante sit infinita categoriacē intra suum possibilitatis statutum iuxta propositi . Quod ipsum est , tempus , quod dicimus imaginarium , à parte ante esse etiam categoriacē infinitum .

### Propositio 26.

<sup>92</sup> Infinitudo spatij localis , & spatij temporalis fixa & invariabilis est , ita , vt nec augeri possit , nec minui .

Est certum . Quia , vt constat ex propositione 24. & 25. infinitudo spatij localis aliud non est à quiditate praesentia circumquaque quoad trian dimensionem infinitè extensa ; & infinitudo spatij temporalis ipsissima est itidem quiditas durationis vtrinque infinita , scilicet à parte ante , & à parte post . Huismodi autem quiditates , sive essentia nullam variationem aut augmentum , aut decrementum subire possunt , sicut possunt alia ; eo quod amba quoad extensionem , quidquid est excogitabile , replet , vnaquaque suo modo ; vt sique subinde incapaces sunt incrementi . Nec possint non replere ; quo locutus decremento non datur . Quod intensioνem vero amba indivisiibiles , & indefectibiles sunt . Quo ne vt sic quidem sunt capaces augmenti , aut decrementi . Spatium liquidem locale , & temporale non in essentia omnis praesentia , & omnis durationis consistunt ; sed tantum in essentia aliquius quoad intensioνem indivisiibilis , vt supra disp. 5. quest. 2. & disp. 8. q. 2. statutum est .

### Propositio 27.

<sup>93</sup> In spatio locali punctum quoddam determinatum datur , quod est centrum eius ; utpote à quo solo omnes linea recta circumquaque infinitè extensa aequales sunt . Et in spacio temporali instans quoddam determinatum datur , quod quasi centrum eius est ; utpote à quo solo tempus praeteritum , infinitum , & tempus futurum infinitum , aequalia sunt .

Incipio probationem , seu potius demonstrationem praesentis propositionis à parte secun-

dā , Cū enī tempus praeteritum infinitum à parte ante , & tempus futurum infinitum à parte post formaliter prout infinita , sive à lateribus , versūs quā sunt infinita nequeant esse in aequalia iuxta proposit. 14. aliundeq̄ prout terminata ab altero vniuersusque latere quoniam instanti in medio , & comparata inter se ut duo quādā infinita extensionis eiudem generis non possint non esse vel aequalia , vel in aequalia iuxta proposit. 13. Conficitur , si prout terminata instanti A sunt aequalia , instans A esse quasi centrum totius temporis vtrinque infiniti , quod querimus . Si vero in aequalia , diuisio bifaria nō excedit , qui non potest non esse finitus iuxta proposit. 19. diuisio designabit instans medium , & quasi centrum totius temporis , quod inquirimus . Quo eodem pacto demonstratur , in qualibet linea ab viroque latere infinita secundū extensionem localē necessariō debere dari vnum determinatum punctum , per quod bifariam ea sit diuisibilis , & quod subinde veluti centrum ipsius sit .

Vnde iam demonstranda venit prima propositionis pars . Primo quidem ; quia si in tempore vtrinque infinito necessarie est , quod detur instans à quo versus vtrumque latus sit aequalis extensio infinita temporalis , & in linea vtrinque infinita necessarie est , quod detur punctum , à quo versus vtrumque latus sit aequalis extensio longa , & infinita localis ; certe in solido vndeque infinito , quale est in sua quiditate spatium locale , necessarie quoque erit , quod detur punctum , à quo quoquaversus sit aequalis extensio solidi , & infinita localis ; & consequenter à quo omnes linea recta quoquaversus extensio infinita aequalis sunt . Quod proinde punctum centrum erit totius spatij localis .

Sed demonstramus secundō , & designemus tale centrum perinde , ac Geometria demonstrant , designantque centrum cuiuslibet sphæra . Quippe de spatio locali circumquaque infinito perinde , ac de sphæra , quod ad rem attinet , venit philosophandū . Etenim , sicut quaevis linea recta ducta intra sphæram , & in superficie concava eius terminata necessariō est diameter bifariam diuidens aream aliquam circuli contenti in sphæra , alteraque linea recta per eamdem aream extensa similiter , diuidensque priorem bifariam , & ad angulos rectos altera eiudem areæ , circulique diameter est ; & punctum , in quo se secant , ipsius centrum . Quod & ipsius sphæra erit centrum , si talis circulus , & eius area ex maximis sint sphæram bifariam diuidentibus . Sin minus , centrum sphæra erit punctum bitariam diuidens tertiam aliam lineam rectam ad angulos rectos traeiectam per centrum prædicti circuli , & areæ eius perpendicularē ve tali areæ , & in superficie concava ipsius sphæra terminatanā vtrinque . Vt per proposit. 2. lib. 1. Elem. Sphæric. Theodosij facile demonstratur . Ita pariter quevis linea recta spatij localis vtrinque infinita necessarie est quasi diameter bifariam diuidens aliquam aream , sive superficiem planam circumquaque infinitam in spacio ipso contentam , alteraque linea recta per eamdem superficiem extensa similiter , diuidensque priorem bifariam , & ad angulos rectos altera est eiudem superficie quasi diameter ; & punctum in quo se secant ipsius est centrum . Quod & totius spatij localis centrum erit , si dicta superficies ex maximis sit diuidentibus bifariam spatium ipsum . Sin minus , centrum erit ipsius spatij punctum bifariam diuidens tertiam aliam lineam rectam

398 II. Tractatus VI. De Deo uno.

Qam ad angulos rectos trajectam per centrum superficie predicta, ipsi ve perpendiculari, & vtrinque infinitam. Quz omnia perinde demonstranda veniunt, arque per citatam propositionem circa sphaeram demonstrantur similia; ut eiusmodi demonstrationem consideranti, & ad propositum applicanti constabit. Imo & ex ipsi terminis probé eos apprehendent innotescunt.

**96** Ex eis autem inferitur primo, quemadmodum areae circulorum omnium maximorum sphaerarum, & inter se æquales sunt, & omnes diametrales lineas æquales habent, & ipsam sphaeram bifariam fecant, & centra habent coincidentia in idem centrum ipsius sphaerae; ut demonstrant Geometriæ ita omnes superficies maximas planas spatij localis circumquaque infinitè extensas & inter se æquales esse, & omnes diametrales lineas vtrinque infinitas habere æquales, & bifariam spatium ipsum seccare, & centra habere coincidentia in idem centrum ipsius spatij.

**97** Secundò inferitur, quemadmodum areae circulorum non maximorum sphaerae eo minores sunt, eoque etiam subinde sunt minores lineæ omnes diametrales earum; quo magis sunt distantes à centro sphaerae; & quæ ab eo æqualiter distant, inter se sunt æquales; quæ vero inæqualiter, inæquales, ut demonstrant Geometriæ; ita superficies planas non maximas spatij localis circumquaque infinitè extensas eo minores esse, eoque iudicemus omnes lineas diametrales earum vtrinque infinitas, quo magis distantes sunt à centro ipsius spatij; & quæ ab eo æqualiter distant, inter se æquales esse; quæ vero inæqualiter, inæquales. Hæc enim omnia aperie postulas analogia, quam spatium locale quoquoversus infinitum habet cum sphaera, quod ad rem atinet.

**98** Advertendum tamen est, dicta omnia, vt sonant, intelligenda esse de spatio locali, si de illo, vt de quoddam quanto mathematico, & mathematicè loquamur: quo pacto & areae perfectæ planæ, & lineaæ perfectæ rectæ, & quævis pars perfectæ bifariam diuisibilis considerantur. Si vero loquamus de illo, vt de quanto quoddam physico, & prout physicè iacet; qua ratione in mea sententiæ ex puris tandem indiuisibilibus compositum est; cum addito proprie, vel ferme intelligenda plerunque sunt iuxta doctrinam traditam supra disp. 10. q. 4. n. 209.

**99** Addo, per congruentiam quamdam fortasse ex dictis iniuper posse inferri. Primo, Deum totum hoc Vniuersum ita in medio spatij localis creasse, vt centrum Vniuersi in centrum spatij localis coincidat, sive ident punctum ambo sint. Secundò, ita Deum Mundum hunc corruptibilem in medio temporis produxisse, vt instans bifariam diuidens integrum durationem, qua Mundus ab exordio sua creationis usque ad suum finem est duratus idem sic instans bifariam diuidens totum tempus à parte ante, & à parte post infinitum. Hæc enim duo congruentiam quamdam videntur praeserre.

**100** Denique videtur inferendum vt valde consentaneum, extensionem infinitam, quam habet qualibet linea recta ducta quoquoversus à centro spatij localis, æqualem esse extensioni infinitæ, quam ab instanti medio, & quasi centro totius spatij temporalis, seu temporis habet vtrumque temporis dimidium, scilicet tum quod tale instans præcedit, tum quod sublequitur. Nimirum iuxta sententiam meam componentem vtrumque istud spatium ex puris indiuisibilibus

physicis æqualem esse multitudinem punctorum cuiusvis dictarum linearum spatij localis multitudini instantium cuiusvis dictorum dimidiorum, spatij temporalis.

Postremo ex dictis circa presentem propositionem inferatur, quodvis quantum extensionis ab vero latere infinitum per aliquem gradum medium sui bifariam diuisibile esse, si multudo graduum eius sit par, prope bifariam autem, si sit impar iuxta proposit. 15. Quia aliqui gradus eius necessari datur, qui est ipsius centrum, sive quasi centrum, aut prope.

Propositio. 28.

Licet nullum quantum extensionis ab uno latere infinitum, & finitum ab altero per aliquem sui gradum possit bifariam, aut prope bifariam diuidi, ita, vt ab uno latere unum eius dimidium, & ab altero alterum dimidium, aut prope dimidium remaneant, iuxta dicta proposit. 19. Ast, tale quodvis Quantum esse alicet bifariam, aut prope bifariam diuisibile, necesse est.

Quia necesse est, tale quodvis quantum habere multitudinem infinitam, sive graduum, aut etiam quarumvis svarum partium aliquarum, vel partem, arque ita bifariam diuisibilem, vel impar, arque ita diuisibilem prope bifariam iuxta proposit. 15. Diuidetur ergo tale quodvis quantum à Deo bifariam, aut prope bifariam; si Deus alternatiū seiungat dimidium, aut prope dimidium graduum, aut partium aliquarum eius ab altero dimidio, aut prope dimidio.

Sit itaque linea incipiens hinc versus Orientem infinita. Ea quidem ex infinita multitudine vlnarum, aliarumve partium aliquarum composta necessari erit iuxta proposit. 9. Quæ multitudio necessari erit vel par, vel impar iuxta proposit. 15. Sint ergo vlnæ alternatiū prima alba, secunda nigra, tertia alba, quarta nigra, & ita deinceps: seiungatque Deus omnes vlnas albas ab omnibus nigris: manebitque tota linea diuisa in duas vlnarum multitudines infinitas. Quæ æquales erunt, si multitudo integra diuisa erat pariæquales verò per excessum vnl vius vlnæ dominat, si erat impar.

Sed dicet aliquis contra hoc. Cùm extrema vlna totius linea latere finito sit alba, multitudo vlnarum albarum alteram multitudinem nigrarum à latere finito videtur unitate excedere; cùmque ab altero latere infinito eodem modo se habeant; siquidem post quamlibet vlnam albam datur nigra, & post quamlibet nigram albam absque vlo fine; absolue videtur in casu positio multitudo vlnarum albarum unitate excedere alteram vlnarum nigrarum. Aliunde tamen videatur omnino falsum. Quia, si esset verum; sublatto excessu, nempe dicta vlna ultimâ albâ, deberent duas dictæ multitudines æquales manere. Cùm tamen aliunde rursus inæquales vice versa reddi videantur: quandoquidem, sublatâ extrema vlna albâ, vlna nigra fieri extrema. Sicque iam multitudo vlnarum nigrarum perinde comparabitur multitudini vlnarum albarum, arque hæc illi comparabatur antea, cùm maior illa censebatur. Quæ omnia contradictionibus videntur implicata.

Propter hoc argumentum, quod calculatum

rium appellant, nonnulli censem, infinitum categoriacum impossibile esse. Alij affuentes illud possibile ad argumentum factum respondent, prædictas duas multitudines vlnarum albarum, & nigrarum neque esse æquales, neque inæquales; quia æqualitas, vel inæqualitas quantorum dumtaxat finitorum est passio; infinitorum vero non item; prout iam superius adnotauimus proposit.

12. Melius alij respondere posse forte, etiæ quantorum infinitorum æquæ, ac finitorum passio sic æqualitas, vel inæqualitas, non tamen semper, sed tantum, cum sunt eiusdem generis iuxta doctrinam à nobis supra statutam disp. 1c. q. 2. diuis. 18. prædictas autem duas multitudines vlnarum albarum, & nigrarum quanta diversi generis esse censendas, quod ad rem attinet; coeque iure neque esse æquales, neque inæquales.

106 Verum, quia certum mihi est ex proposit. 12. supra statuta, quaslibet multitudines infinitas in ratione multitudinum necessariò esse æquales, vel inæquales, atque adeò, quod ad id attinet, eiusdem generis; proindeque prædictas duas multitudines vlnarum albarum, & nigrarum non posse non vel æquales, vel inæquales esse. Quia etiam non minus est mihi certum ex proposit. 15. supra item statuta, quilibet multitudinem infinitam necessariò esse parem, vel imparem, atque adeò diuisibilem bifariam, vel prope bifariam; proindeque multitudinem infinitam quarumvis partium aliquotarum cuiuslibet lineæ ab altero latere infinitæ, & finitæ ab altero, non posse non esse parem, vel imparem, atque adeò diuisibilem bifariam, vel prope bifariam. Ideo censeo dicendum, multitudinem omnium vlnarum, ex quibus, supponimus, esse compositam lineam supra positam, necessariò esse parem, vel imparem; atque adeò multitudines vlnarum albarum, & nigrarum, in quas illa vel bifariam, vel prope bifariam diuisa sit, necessariò esse æquales, vel inæquales præfendendo ab eo, quod vlna extrema lateris finiti sit alba, vel nigra. Vtraus enim potest esse, siue sint æquales, siue inæquales; cum aliquo tamen discrimine positionis omnium vlnarum in ordine ad locum. Itaque casu, quod dictæ multitudines vlnarum sint æquales, & extrema vlna lateris finiti sit alba, si Deus omnium eorum localē positionem permutaret (vt citra dubium est possibile) ponendo omnes vlnas albas totius lineæ in locis nigrarum, & omnes nigras in locis albarum, æquales nihilominus permanenter, & tamen iam extrema vlna lateris finiti esset nigra. Casu autem, quod sint inæquales, & extrema vlna lateris finiti sit alba, haec necessariò erit excessus albarum supra nigrarum. Quare, si tali extrema alba retenta, Deus in locis omnium nigrarum poneret albas, & vice versa, pro ipsa extrema locus nigra necessariò de esset; proindeque in suo permanet loco. Indeque fieret, ut tali permutatione facta, à latere finito lineæ duas vlnæ albæ immediatae, & extrema remanerent. Ex quibus iam liquido apparet, quomodo ad argumentum propositum, sit respondendum.

107 Qua ratione autem sub exemplo prædictæ lineæ de quanto extensionis localis ab uno latere infinito, & finito ab altero ad propositum philosophati fumus; eadem prorsus philosophandum est de quanto extensionis temporalis; & vniuersitate de quois omnino quanto extensionis cuiusvis generis ab uno latere infinito, & finito ab altero.

108 Quæ cum ita sint, ex doctrinâ præsentis propositionis infero primò, possibilem, siue excogi-

tabilem esse lineam continuam ab uno latere infinitam, & finitam ab altero, quæ vt sic in nullo omnino spatio locali locari possit; eo quod nullum est spatum lineale, cui possit ea vt sic congruere. Si enim omnes vlnæ albæ alternatiæ à nigris sejunctæ ex linea superius proposita continentur inter se, linea continua huiuscmodi resultabit nullibi collocabilis. Quia non in spatio lineali vtrunque finito, vt est notum; cùm sit ea ab altero latere infinita. Neque in spatio lineali vtrunque infinito, vt etiam est notum; cùm sit ea ab altero latere finita. Neque in spatio lineali ab uno latere infinito, & finito ab altero: quia omne excogitabile huiuscmodi infinitè maius est illa, atque ita nullum excogitabile est, cui possit illa congruere. Etenim, si quod excogitabile esset ex ipso integra linea desum posset à latere, versus quod infinitum est. Nam cùm omnia spatia linealia à latere, versus quod sunt infinita, nullatenus se possit excedere iuxta proposit. 14. eiusdem subinde rationis sint quoad infinitatem eius lateris, si ex aliquo non potest desumi portio, cui congruat dicta linea, ob infinitum illius excessum, ex nullo poterit desumi. At ex spatio integræ lineæ, cuius linea, de qua agimus, dimidium est, desum non posse, est manifestum: quia omnis portio excogitabilis ex quoconque puncto talis spatiij versus latus infinitum eius infinitè maior est residua; cùm hoc necessariò sit semper finita, iuxta proposit. 19. & consequenter infinitè major est dicto dimidio integræ lineæ, quæ totum ipsum spatiū ante replebat. Quod demonstratur. Nam, vt dimidio dicto integræ lineæ portio infinita ex spatiū eius desumpta esset æqualis, & ipsi congruens, alteri dimidio deberet esse æqualis portio ipsius spatiij residua; vt constat. At hæc necessariò est alteri dimidio infinitè minor; cùm necessariò sit finita. Igitur & illa dicto dimidio necessariò est infinitè maior. Clarius. Quoties magnitudo, quæ dupla est alteri, diuiditur non bifariam, quantum excedit altera partem minoren dupla diuisi, tantum & ipsa exceditur à parte maiore; vt Geometræ demonstrant, & ex se est falsis notum; (certitudine que in numero 20. duplo numero 10. diuisi que non bifariam in 14. & 6; quantum siquidem 10. excedit 6, tantum ipse, 10. exceditur à 14; & in ceteris pariter). Cum, 109 itaque prædictum spatiū dicto integræ lineæ dimidio ipsius lineæ duplum sit; & per quodcumque punctum sui diuidatur, necesse sit, non bifariam diuidi, partque eius minor necessariò sit semper finita, & pars maior infinita iuxta dicta proposit. 19. necessariò consequitur, dictum dimidium integræ lineæ non posse non semper infinitè excedere partem minorem dicti spatiij per quodcumq[ue] omnino punctum diuisi; atque adeò infinitè etiam semper excedi ab altera ipsius parte, maiore. Quod erat demonstrandum.

Secundò ex eadē doctrinā pariter infero, si Deus in singulis horis totius temporis infiniti præteriti continuè produxisset vntcum Angelum, eam multitudinem infinitam Angelorum producam iri, cuius dimidium in nullius portionis temporis præteriti singulis horis continuè potuisset produci: quia omnis excogitabilis portio continua horarum præteriti temporis infinita à parte ante, & à parte post finita, qualis ad casum esse deberet, infinitè maior est Angelorum dicto dimidio; prout per demonstrationem factam circa casum præteritum huic pariter applicandam vniuersitate innotescet.

Ter-

110 Tertiō vniuersaliter infero, quotiescumque quantum extensionis aut localis, aut temporalis ab uno latere infinitum, & ab altero finitum est, spatiūmque continuum aut locale, aut temporale reuerā datur, cui illud congruat, siue adæquatur; nullum omnino excogitabile esse spatiū continuum aut locale, aut temporale, cui possit congruere siue adæquari aliqua pars illius infinita ex omnibus in se iacentis, in quas illud diuisibile est. Quia nullum datur excogitabile spatiū aut locale aut tempore reuerā, quod non sit infinitē minus qualibet eiusmodi partim in se infinitarum, in quas tale quantum diuidi potest. Quod valuerat̄ demonstratur. Quia, vt fert certissimum, & ex se fatis, superne notum, atque etiam valde vniuersale Geometrarum principium. Quoties duas qualibet magnitudines inter se æquales in quatuor partes omnes inæquales, unaquaque in duas diuiduntur, quantum excedit qualibet pars primæ magnitudinis quamlibet partem secundæ, tantum residua pars secunda excedit residuum primæ, vel vice versa. Sic, si numeri 40, & 40, diuidantur primus in 30, & 10, secundus in 25, & 15; quantum excedit 30. pars primi 15. partem secundi, tantum 25. residua pars secundi excedit 10 residuum partem primi; & ē conuerso quantum 15 pars secundi excedit 10 partem primi, tantum 30 residua pars primi excedit 25 residuum secundi. Cūm igitur spatiū seu locale, seu tempore, & quantum ipsi congruens, de quibus tractamus, æqualia sint. Spatiūmque per quodnis sui indicibilis non aliter diuidi possit, quām in duas partes inæquales, quarum altera necessario, & semper finita, & altera infinita sit iuxta doctrinam statutam proposit. 19; in quæcumque demum duo infinita inæqualia diuidatur quantum ipsi congruens, necessario fieri, ut quantum quodnis eorum ceteris partem finitam spatiū, tantum residuum excedatur ab altera spatiū parte infinita. Cūmque quodnis eiusmodi infinitiorē partialium non possit non semper excedere infinitē partem finitam spatiū, nec poterit non quodnis eorum ab altera parte spatiū infinita excedi infinitē. Nullaque propterea est possibilis pars spatiū infinita, quā qualibet predictorum partialium infinitorum infinitē major non sit. Quod erat demonstrandum.

111 Quartō infero, quoniam omne ens prout extens essentialiter exposcit aliquam præsentiam in loco, & aliquam durationem in tempore, vt supra disp. 5. q. 8. & disp. 8. q. 6. stabilitum est, si Deus velit producere aliquod quantum extensionis aut localis, aut temporalis ex prædictis, quibus nullum spatiū, aut locale, aut temporalē continuum & adæquatē congruens possibile est, necessario debere illud ponere in spatio locali, aut temporali ipsi possibili alterius rationis, ponendo videlicet ipsius partes aut interruptas in aliquo spatio non continuo infinito, aut penetratas in aliquo cuiusvis rationis finito.

112 Quintō infero, quoties quantum ab vitroque latere infinitum, & congruens spatio continuo aut locali, aut temporali in quacum omnino partes ab vitroque etiam latere in se infinitas diuidetur, fore vtique, vt nulla earum in vlo spatio continuo ab vitroque itidem latere infinito collocari posset: quia omne eiusmodi spatiū infinitē manus est illa. Si enim talis quanti pars huiuscmodi diuisa in duas ab uno latere infinitas, & finitas ab altero in nullis duobus spatijs pariter ab uno latere infinitis, & finitis ab altero ponibiliis

est iuxta præcedentes demonstrationes, multa potiori iure induisa in nullo integro spatio vtrinque infinito est ponibilis; vt fatis ex se est notum. Cūm plane difficultus sit, integrum spatiū congruens pro totā dictā parte vtrinque infinita inuenire, quām inuenire duo congruentia spatia pro duobus eius diuidijs ab altero dumtaxat latere infinitis.

Sextō ex doctrinā præsentis propositionis 11 infertur, quantum extensionis ab uno latere infinitum, & finitum ab altero formaliter prout extensionis est, in plures portiones infinitas nequit diuisibile esse. Quia tunc solum, prout est quantum extensionis diuiditur, cūm per aliquem, aut aliquos gradus diuisatur in extrema, que per tales, aut tales gradus copulabuntur. Ut sic autem solum potest diuidi in portiones, quarum una sit infinita, & alia, aut aliae finite iuxta doctrinam statutam proposit. 19. & aliae sepe repetitam. Quod si quantum extensionis ab vitroque latere sit infinitum in duas portiones infinitas ab uno latere dumtaxat, non verò in plures diuisibile erit quatenus extensionis est. Quatenus verò quantum extensionis siue ab uno, siue ab vitroque latere infinitum erit, est quantum infinitum multitudinis ratione multitudinis infinitæ quarumvis suarum partium aliquorum iuxta proposit. 16. Est enim primò diuisibile bifarium, aut prope bifarium per se iunctionem alternativum diuidij, aut prope diuidij quarumvis suarum partium aliquorū à residuo, prout paulò ante dicebamus de linea infinita composita ex alternis vlnis albis, & nigris. Rursusque quodnis hotum diuīdiorum, quæ iuxta proposit. 16. citata non possunt non esse infinita, sicut diuisione est diuisibile eodem iure in alia duo infinita. Et hac in alia infinita pariter. Et ita deinceps absque vlo fine. Ex quo patet, quodlibet infinitum extensionis ex multitudine infinità infinitorum quarumvis suarum partium aliquorū compositum esse. De quorum rursus vnoquoque idem dicendum sequitur eodem titulo. Quod est, eorum quodlibet non solum in infinitis, sed in infinitis infinitas portiones, quarum singula sunt infinita, diuisibile est. Atque adeo etiam in infinitis infinites infinites infinitas sine fine repeteendo istud adverbium, prout est generatim statutum de omni infinito multitudinis dicta proposit. 16.

113 Insurgerat ramen aliquis contra dicta contendingens, diuidium illud vlnarum ex linea infinita alterariā desumptarum, & diuidium illud Angelorum singulis horis totius temporis præteri productorum (& idem est de ceteris nulli spatio continuo congruentibus locali, aut temporali iuxta dictā) aut non esse infinita, aut esse æqualia, & proportionata cuilibet spatio continuo locali, & temporali. Quod vtrumque doctrinæ traditæ contradicunt. Etenim, si Deus continuè, & successivè reponat in spatio integræ lineæ prædictas vlnas incipiendo hinc versus Orientem. Aut tandem finietur multitudine earum. Et sic finiret; quia successivè pertransibilis. Aut, repositis quibusque, alia, & alia superflue semper reponendæ absque fine; sicut, replexis quibusque partibus spatiū dicti integræ lineæ, alia, & alia fine restant replenda per vlnas ipsas. Et sic infinitum vlnarum, & infinitum partium spatiū eis respon-

### Disp. XIII. De infinito, infiniteque, &c. Quæst. II. 40

respondentium æqualia erunt; quia duo infinita quatenus talia nequeant esse inæqualia iuxta proposit. 14. Similiter ex illo dimidio Angelorum corruptat Deus successuē, & continuē vnum singulis horis temporis futuri. Aut finientur Angeli; & ita erant finiti. Aut nunquam poterunt finiri; & ita multitudo eorum multitudini omnium horarum futurarum æqualis erit, atque adeo & æquali multitudini præteritarum. Respondeo, in primo casu multitudinem vlnarum, nunquam finiendam; quia infinita est: et si sit infinitè minor multitudine partium æqualem spatiū dicti integræ lineæ, ut verè est; non tamen formaliter sumptā, sed materialiter. Similiterque, in secundo casu multitudinem Angelorum, nunquam finiendam; quia infinita est; infinitè tamen minor sumpta pariter materialiter, quānam infinita multitudo horarum totius temporis futuri. Itaque ex eo, quod dux queque multitudines non sint finibiles locessuē, non sequitur, eas æquales esse. Cūm certum sit ex proposit. 16. dimidium cuiusvis infiniti infinitibile esse successuē: sicut & ipsum infinitum; à quo tamen infinitè excedit in altero dimidio. Benè ergo poterit multitudō prædicta vlnarum esse infinitibilis successuē, heut prædicta multitudō partium æqualem spatiū dicti, & tamen illam ab hac infinitè excedi. Tantundemque est de prædicta multitudine dimidiij illorum Angelorum comparata cum tota multitudine omnium horarum tum totius temporis futuri, tum æqualis præteriti. De quo plura explicatiō trademus infra q. 5.

#### Propositio 29.

Quemadmodum dantur numeri proportionales, & series, sive progressiones ex illis compositæ; ita quoque dantur (in statu scilicet quidditatu) infinita multitudinis proportionalia, & progressiones ex eis compositæ.

Hoc enim ipso, quod infinita multitudinis sunt æqualia, vel inæqualia iuxta proposit. 12. proportionem inter se habent. Cūm aliud non sit, habere inter se proportionem duo qualibet quanta, quām esse illa æqualia, vel inæqualia, iuxta definitionem statutam disp. 10. q. 2. diuis. 19. Hoc autem ipso, quod duo queque infinita multitudinis proportionem habent, duo aliqua binaria eorum similem proportionem habere poterunt, siveque habebunt, ut constat. Quæ proinde proportionalia erant iuxta dicta ibidem diuis. 20. Ex pluribusque huiusmodi proportionalibus binarijs progressio talium infinitorum coalescit aut continua, si talia binaria sunt inadæquate distincta, aut non continua, si adæquate, iuxta dicta otiam ibidem. Et quoniam infinita multitudinis inæqualia aut possint se excedere excessu finito, aut infinito iuxta proposit. 21. consequenter infinita proportionalia proportione inæqualitatis aut penes excessum finitum, aut penes infinitum talia esse possunt. Similiterque penes vnum, aut alterum excessum progredi series coalescentes ex illis.

Apponamus exempla. Sit primū progressio quatuor numerorum proportionalium quocunque genere proportionis: adiunganturque singulis numeris singulæ multitudines infinite inter se æquales. Cetera ex utriusque totidem infinita multitudinis resultabant proportionalia eodem ge-

nere proportionis, & penes eundem excessum finitum, quo numeri proportionales erant: siveque proinde infinitorum multitudinis proportionalium pariter resultabit composita, ac erat series numerorum, ut est manifestum. Vtrum autem eiusmodi series resultans proportionalium multitudinum in se infinitarum aut ab altero, aut ab utroque latere possit esse infinita, ex dicendis mox apparet.

Deinde. Sit infinitum quodvis multitudinis primum; & infra illud aliud æquale dimidio ipsius primiti; & infra hoc aliud æquale dimidio secundi; & rursus aliud æquale dimidio tertii; sicne dñeceps sine fine. Certe progressio infinitorum multitudinis proportionalium resultabit descendens in proportione dupla penes excessum infinitum; à latereque, versus quod descendit in suā quidditate infinita. Quæ omnia ex doctrinā demonstrata proposit. 16. manifesta sunt. Vtrum autem series ista ab altero latere, versus quod ascendit, possit etiam esse infinita, ica, quod infinito, quod primum diximus, addatur aliud ipsius duplum, & huic aliud duplum, & ita pariter aliud, & aliud, sine fine ascendendo, ex ianuam dicendis constabit.

Venit enim in praesentiarum examinandum vniuersē. Primo, an sit dabilis, sive excogitabilis series, sive multitudō infinita infinitorum, inter se æqualium, ex quibus tanquam ex partibus aliquotis cum in se, tum quoad multitudinem infinitis vnum quoddam infinitum coalescat. Secundo, an sit dabilis, sive excogitabilis series infinitorum inæqualium, quæ infinita sit tam à latere, versus quod ascendit, quam à latere, versus quod descendit; ex multitudineque subinde infinita partium in se infinitarum composita sit tum sine fine delcente, tum etiam sine fine ascendeante proportione proportionalium.

Pro resolutione suppono ut certum ex infra dicendis quæst. 3. vnicum esse sive dari in statu quidditatu infinitum multitudinis omnium excogitabilium maximum, quo subinde maius aliud verè non est excogitabile, aut conceptibile adhuc à Deo. Tale enim est illud, quod complectitur omnes conceptus obiectuos tum possibles, tum impossibilis à Deo conceptibiles. Quo etiam pacto iuxta dicenda ibidem datur vnicum infinitum creaturarum possibilium maximum omnium excogitabilium earum; quod nimur illas omnes, nullà demptra, complectitur. Necnon vnicum pariter infinitum omnium specierum sub quoque genere contentarum omnes omnino illas complectens; quod maximum proinde est omnium infinitorum excogitabilium earum. Similiter vnicum datur infinitum individuorum constituentium sub quoque specie omnia illa comprehendens; quod maximum est omnium eorum, quæ ex talibus individuis possunt componi. Et vniuersē intra quamlibet entium differentias infinitum complectens omnia entia ad talem differentiam spectantia maximum omnium infinitorum est, quæ possunt componi ex talibus entibus. Ex quo patet, et si non possit dari infinitum, quod vel absolute, vel in aliquo genere sit omnium minimum iuxta doctrinam demonstratam proposit. 16. benè tamen possit dari, defactoque dari intra statum quidditatu infinitum, quod si omnium maximum tum absolute, tum in vnoquoque genere entium, sive conceptuum obiectuorum, 120. Quæ cum ita sint, dico primò. Nulla datur, nullaque proinde verè conceptibilis est adhuc in-

Ecc tra

tra statum quidditatum aut absolutè, aut in aliquo genere multitudo infinita infinitorum inter se àequalium. Seu, quod in idem recidit, nullum datur vere conceputile infinitum aut absolute, aut in aliquo genere, quod ex infinita multitudine partium aliquotarum in se infinitarum componatur. Denonstro hoc primò. Quia omnes omnino multitudines partium àequalium in se infinitarum contentae in qua omnes omnino infiniti numeri quidam finiti sunt. Ergo nullum est infinitum continens in se aliquam multitudinem infinitarum partium aliquotarum, seu àequalium in se infinitarum, sive compositum ex illa. Consequens est evidens. Probo antecedens. Quia in progressione numerorum partium in se infinitarum cuiusus omnino infiniti incipiente à binario, & ascendente sine fine in proportione dupla omnes omnino partes proportionales, & aliquotæ talis infiniti clauduntur; aliquotæ quidem in singulis numeris proportionales autem in tota serie. Sed nullus numerus talis seriei est infinitus; & si multitudo numerorum constitutæ seriei ipsam sit infinita. Ergo nulla multitudo partium aliquotarum in se infinitarum talis infiniti est infinita, sed omnis quidam numerus finitus est; et si multitudo, seu potius multitudines partium proportionalium eius proportione descendente infinita sit. Consequens est iterum evidens, & minor demonstrata proposit. 22. Maiorem probo, seu potius explico, ut appareat. Quia, si in quouis omnino infinito concipiatur Deus primò duo dimidia in se infinita iuxta proposit. 16; (neque ad rem interest, quod sint prope dimidia iuxta dicta ibidem); secundò, quatuor quartas partes etiam in se infinitas; tertio octo octauas infinitas similitates & sic deinceps in infinitum duplicando numerum præcedentem; infinitam progressionem numerorum concipiit ascendendo à binario in proportione subdupla, quorum singuli erunt numeri partium in se infinitarum inter se àequalium, atque adeò aliquotarum; sed semper eò in se minorum, quo maiores sunt numeri. Et quia singuli numeri in se sunt finiti, nullusque totius progressionis, sive seriei infinitae est iuxta dicta, nulla erit in tota serie multitudo partium inter se àequalium, sive aliquotarum, quæ non sit finita. Quia verò numerorum multitudo infinita est, quilibet pars aliquotarum componentium quemlibet numerum minorem dupla est, qualibet pars aliquotarum aliarum componentium quemlibet numerum subsequentem maiorem, series partium proportionalium in proportione dupla descendenter à binario per omnes numeros; ita, ut, quo pastu ascendi series numerorum in proportione subdupla, eodem descendat series partium componentium numeros ipsos in proportione dupla; eo quod quilibet numerus duplo maior, quam præcedens, duplo plures, duploque minores partes, quam ipsum continet; series, inquam, ciuiusmodi partium non possunt non esse infinitæ. Quæ quidem incipientes ab ipso binario tanquam à truncō in plures, & plures ramos disperguntur, & extenduntur sine fine per subsecuentes omnes numeros maiores, & maiores semper in infinitum. Quoniam denique in serie infinita modo dicto formata numerorum partium aliquotarum omnes omnino partes infiniti, cui illa competit, quocunque illud sit, tam proportionales, quam aliquotæ in se infinitæ comprehenduntur, ut ex ipsis constructione manifestum est. Concluditur, in quolibet omnia infinito

proposito nullam multitudinem reperi possit infinitam partium aliquotarum in se infinitarum; tametsi multæ infinitæ multitudines, seriesve reperiuntur partium in se infinitarum proportione descendente proportionalium. Quod erat ostendendum.

Secundò ostenditur id ipsum. Quia in quouis infinito extensione nullæ partes in se infinitæ, & inter se àequalium, sive aliquotæ considerari possunt, nisi compositæ ex partibus in se finitis, & quoad multitudinem infinitis interpolatæ sumptis, prout ex doctrinæ demonstrata proposit. 19. & 23. liquidum est. Hinc autem manifestè consequitur, tantam dumtaxat, & non maiorem, posse esse multitudem partium aliquotarum in se infinitarum tali infinito competentium, quanta esse possit interpolatio quavis dictarum partium in se infinitarum, vt consideranti innotescet. Ast nulla interpolatio eiusmodi possit esse infinita, (cum omnis sit quædam intercapito terminis clausa), iuxta doctrinam hancam proposit. 18. Igitur nulla multitudo partium aliquotarum in se infinitarum tali infinito competentium possit esse infinita. Tantudemque subinde venit dicendum de ceteris quibusque infinitis.

Tertio ostenditur. Quia, si multitudo aliqua infinita partium aliquotarum in se infinitarum dabisil esset, aut verè conceputibilis, dato quolibet infinito aut absolute, aut intra quodvis genus ex finito numero talium partium compagno, aliud maius illo dabile esset; nullumque subinde esset maximum, quo maius aliud data non posset aut absolute, aut intra quodvis genus. Quod est absurdum contra doctrinam certam suppositionem nra. 119. Itaque nullum est infinitum hominum possibilium, quod per additionem nouæ partis aliquotæ in se infinitæ non posset fieri infinitè maius. Sicque nullum est maximum contra dictam certam suppositionem.

Quarto ostenditur. Quia quodvis infinitum ex numeris finitis partium aliquotarum in se infinitarum compositum est adæquatè, vt ex duobus dimidijs, ex quatuor quartis partibus, ex octo octauis, &c. ita, vt ultra quemvis earum numerum ne viam quidem aliam partem ceteris eiusdem numeri àequali possit in se capere, vt confat. Igitur nulla necessaria est ad componendum illud partium eiusmodi aliquotarum multitudo infinita; & consequenter neque possibilis (essentialia quippe, vt sunt partes comparatione totius, si non sunt necessaria, sunt repugnantia, vt confat) tametsi, quo minores fuerint tales partes, cù major necessariò esse debeat numerus earum finitus. Confirmatur. Quia ad componendum adæquatè quodlibet infinitum requiritur aliqua multitudo infinita partium aliquotarum in se finitorum, ideo nulla ad id sufficit talium partium quantumvis magnarum multitudo finita iuxta proposit. 9. Ergo è conuerso, quia ad componendum adæquatè quodlibet infinitum sufficit aliqua multitudo finita partium aliquotarum in se infinitarum, nulla ad id talium partium quantumvis parvarum erit necessaria multitudo infinita; & consequenter neque possibilis iuxta dicta.

Quinto. Sicut se habent partes aliquotæ in se finitas respectu totius finiti, ita se habent partes aliquotæ in se infinitæ respectu totius infiniti. Ob id enim sicut totum finitum componitur ex duobus dimidijs, ex quatuor quartis partibus, ex octo octauis, & ceteris in se finitis; ita totum infinitum componitur ex duobus dimidijs, ex quatuor quartis partibus, ex octo octauis, & ceteris in se finitis.

### Disp. XIII. De infinito, infiniteque, &c. Quæst. II. 40;

in se infinitis. Sed nullæ sunt partes aliquotæ in se finitæ; quæ in multitudine finitæ non possint adæquatè componere totum finitum, aut quæ possint in infinita. Ergo & nulla sunt partes aliquotæ in se infinitæ, quæ in multitudine finitæ non possint adæquatè componere totum infinitum aut quæ possint in infinita.

<sup>125</sup> Dico secundò. Nulla datur, aut verè conceptibilis est series infinita infinitorum inæqualium; proportionaliumque proportione ascendentē à minore inæqualitate versus maiorem. Seu, quod est idem, nullum datur, aut verè conceptibile est infinitum compositum ex multitudine infinita partium in se infinitarum, & inæqualium, proportionaliumque proportione ascendentē à minore inæqualitate versus maiorem. Quod ostendo primò. Quia, si talium partium proportionalium multitudine infinita in aliquo infinito daretur, & partium quoque aliquotarum in se infinitarum daretur multitudine infinita contra assertum præcedens. Cùm sit manifestum, multitudinem infinitam partium proportionalium in se infinitarum, proportione ascendentē necessariò includere in se multitudinem infinitam partium aliquotarum in se etiam infinitarum iuxta dicta in simili supra propostæ 22.

<sup>126</sup> Secundò ostendo. Quia, si daretur eiusmodi series infinita infinitorum, siue partium in se infinitarum proportionalium proportione ascendentē, nullum dabile est infinitum, quo minus aliud dati non possit; nullumque proinde est omnium maximum aut absolutum, aut intra quodvis genus contra certam suppositionem faciam. n. 119. Sicut, quia series numerorum proportionalium proportione ascendentē infinita est, nullus est dabilis numerus, quo maior alias dati non possit; nullusque est dabilis proinde, qui sit maximus omnium; ut est manifestum ex se, & ex dictis propostis 22.

<sup>127</sup> Tertiò ostendo. Quia nulla est pars infinita cuiusvis infiniti, ad quam non possit perueniri descendendo ab ipso infinito in proportione dupla per progressionem usque ad talim partem finitam, ut pote duobus terminis clausam, nimis rotu infinito, & parte ipsa, prout ex doctrina explicata num. 120, manifestum est. Igitur nulla est pars infinita cuiusvis infiniti, à qua in proportione subduplā fine possit ascendi intra infinitum ipsum. Igitur, cùm eadem manifestè si ratio extérarum omnium proportionum minoris inæqualitatis versus maiorem, nulla est pars infinita cuiusvis infiniti, à qua intra infinitum ipsum sine fine possit ascendi quovis genere proportionis minoris inæqualitatis versus maiorem; prout manifestè requirebatur, ut tale infinitum ex aliquâ serie infinita partium in se infinitarum, proportionaliumque proportione ascendentē à minore inæqualitate versus maiorem compositum esset.

<sup>128</sup> Quartè denique. Quia, sicut se habet series partium proportionalium in se finitarum comparatione totius finiti, ita se habet series partium proportionalium in se infinitarum comparatione totius infiniti. Sed est impossibilis series infinita partium finitarum proportionalium proportione ascendentē intra totum finitum, ut est certissimum. Ergo impossibilis quoque est series infinita partium in se infinitarum proportionalium proportione ascendentē intra totum infinitum.

<sup>129</sup> Dico tertio, & ultimò. Possibilis est series infinita infinitorum inæqualium proportionalium, que proportione crescente à maiore versus mi-

norem inæqualitatem. In quolibetque omniō infinito multæ continentur eiusmodi series infinitarum partium in se infinitarum proportionalium proportione descendente similiter. Assertum hoc tum ex dictis super n. 120, tum ex dictis propositis 16. manifestum est. Hoc enim ipso, quod infinitum quodvis in alia infinita minor, & alia minor, & alia minor sit divisibile in infinitum, vi indicata proposit. monstratum est, non possunt non esse possibilis, aut verè conceptibiles predictæ series infinitæ cum infinitorum, tum partium in se infinitarum proportionalium proportione descendente, ut est notum.

<sup>130</sup> Ex quibus omnibus duo discrimina valde

notanda colliges inter quanta finita, & quanta infinita. Primum, quod quantorum in se finitorum, atque inter se æqualium multitudine infinita, verè est conceptibilis, vereque datur intra statum quiditatuum: quinimodo quilibet quantum infinitum eo ipso constat ex multitudine infinità quarundam partium aliquotarum, quæ quanta quedam in se finita, & inter se æqualia sunt; ut proposit 9. monstratum est. Quantorum vero in se infinitorum, & inter se æqualium multitudo infinita, ne dabis, nec verè conceptibilis est adhuc intra statum quiditatuum. Nullumque infinitum subinde ex multitudine infinità partium aliquotarum in se infinitarum potest esse compositum, ut in precedentibus monstratum est. Secundum differen-  
tialem est, quod quantorum in se finitorum, & inter se inæqualium, proportionaliumque quouis genere proportionis series infinita à latere, versus quod ascendit, à minore scilicet inæqualitate, versus maiorem, verè conceptibilis est, vereque datur intra statum quiditatuum. Secus vero series infinita ab altero latere, versus quod descendit. Ab hoc enim latere omnis series quantorum in se finitorum necessariò est finita. Quod vitrumque, constat ex dictis propositis 22. & 23. Vnde etiam, fit, ut intra quodvis infinitum quævis series partium eius proportionalium in se finitarum in infinitum possit ascendere; descendere vero in infinitum, loquendo physicè, non item iuxta dicta ibidem. In quantis vero in se infinitis, & inter se inæqualibus atque proportionalibus quouis generis proportionis oppositam evenit. Quia nullus datur, nec verè conceptibilis est, adhuc intra statum quiditatuum, series eorum à latere, versus quod ascendit, infinita est, ut ex dictis etiam est notum.

#### Propositio 30.

Etiam dantur intra statum quiditatuum infinita extensio proportionalia, & progressiones ex eis composite. Que quidem omnes à latere, versus quod ascendit, finita sunt; à latere vero, versus quod descendit, infinita sunt.

Hæc propositio ex dictis circa precedentem est satis nota. Nec noua aliqua eger demonstratio. Nam quæcumque ibi circa infinita multitudinis dicta sunt, sequuntur locum circa infi-

Ecc. \* nita

nita extensionis. Facileque ab unoquoque poterunt illis applicari.

Propositio 31.

132 Nullum quantum infinitè extensum localiter, quatenus tale est, moueri localiter potest.

Sic enim linea incipiens hinc versus Orientem infinita. Certè ea nec versus Orientem directè, nec versus Occidentem moueri poterit. Quia, quidquid mouetur localiter, necessariò acquirit alias nonas partes spati, ad quas mouetur, & relinquit alias, à quibus mouetur, ut est certum. Si igitur prædicta linea moueretur versus Orientem, acquireret alias partes spati, ad quas antea non pertinebat. Hoc autem impossibile est. Quia sequoretur, illam ante huiusmodi motum totum spatum lineale, cui correspondet, infinitum ab eo latere non repleuisse, in aliquaque subinde parte eius habente post le alias vacuas terminatam esse. Et consequenter iuxta dicta proposit. 18. non esse illam infinitam, sed finitam contra suę positionem. Si vero ab Oriente versus Occidentem moueretur, aliquam partem spati vacuam relinqueret necessario in latere Orientali. Atque ita post motum dumtaxat pertingeret linea ad partem spati immediatam parti vacua relictæ. Sicque & in illa terminaretur, & totum spatum lineale suum ab eo latere infinitum non replete. Itcumque iuxta proposit. 18. non esse infinita, vt supponitur, sed finita. Quia ambo absurdia simul sequentur ex eo, quod linea ab utroque latere infinita versus eorum quodvis directè moueretur. Pariterque inferenda veniunt ex eo, quod quodvis aliud quantum infinitè extensem localiter, quatenus tale est, mouetur localiter. Nullum ergo tale taliter moueri potest, ut nostra propositio fert.

133 Sed potest opponi contra illam. Si inciperet hinc series hominum infinita versus Orientem, ita, ut inter unumquemque, & sequentem esset distantia decem virorum, nullus in tota serie esset homo, qui non posset mouerti tum versus Occidentem, cum etiam versus Orientem, donec ad locum subsequentis accederet: quis id dubitet? Igitur omnes versus vitrumque latus moueri possent; & consequenter tota series ab illis omnibus indistincta: quia quantum quoddam esset nihilominus infinitè extensem localiter. Respondeo, siue nullus in rotæ serie data esset homo, ultra quem non essent alii infiniti versus Orientem, ita nullum in tota ipsa serie fore hominem, qui non posset versus vitrumque latus moueri permanentibus tamen alijs infinitis immotis versus Orientem, dum moueretur ipse. Quo pacto omnes distributiū sumpti moueri possent; omnisque omnino eorum multitudine finita, non tamen absolute, sed ex suppositione, quod ultra omnes finitos, qui invenientur, alijs semper infiniti manarent immoti. Recognoscatur doctrina tradita supra disp. 4. q. 3. n. 103.

134 Hac dicta de motu quanti infinitè extensi localiter, quatenus tale est, scilicet de motu, quo illud tendet directè versus latus sui infinitum, aut ab eo recedendo versus oppositum. Hi namque motus ei repugnant, ut vidimus. An vero versus altera latera, à quibus infinitatem non haber, moueri illud possit, dubitabile est. Existimo posse. Primum quidem, quia in eo, quod quantum in

infinitè extensem versus ea latere mouetur, versus quæ non est infinitum, sed finitum, nulla certatur repugnantia. Deinde quia suppositio, quod spatium locale infinitum habet determinatum centrum, ut ostendimus proposit. 27. Si daretur linea incipiens à centro versus Orientem infinita, transferri illa à Deo posset ad spatium lineale ipsi æquale, quod est ab eodem centro versus meridiem, ut posset à Deo in tali spatio principio collocari: quis dubitet? Idque sive per satum, sive continue ferendo illam quasi circulariter per omnia spatia linealia ipsi, & inter se æquali, & incipientia à centro, quæ interiacent ab orientali usque ad meridionale. Ut enim in quoniam corum, ut pote tali lineæ proportionato, posset Deus circa omne dubium, illam vnicè collare; ita & posset illam per ea omnia continue traducere; sive ita ab spatio lineali orientali usque ad meridionale quasi circulariter, sive in gyrum mouere.

Dices, id fieri non posse. Quia ab spatio li-

neali orientali usque ad meridionale nequit non esse interposita infinita distantia; eo quod talia spatia, ut pote infinita, infinitè distant à centro; & quod magis distant à centro, eo magis distant inter se. Respondeo primò, esti inter duo dicta spatia esset infinita distantia, nihilominus prædictam lineam posse à Deo per illam ab uno extremo ad aliud moueri; si non motu adæquare successu; quia omne infinitum est successu, impertransibile; motu tamen quoad alias partes finitas successu, & quoad residuas simulaneo. Quod satis est ad nostrum intentum. Respondeo secundò, inter duo prædicta spatia linealia nullam distantiam esse infinitam; quia impossibilis est distantia infinita inter duos terminos clausa iuxta proposit. 18. Tametsi sit multitudo infinita distantiarum proportionaliter in qualium, quarum singula in se sunt finitæ. Quo solum iure dicta spatia linealia dicuntur eo magis distare inter se, quod magis distant à centro: quia nimur, quod magis eorum puncta distant à centro, eo magis inter se distant, sed semper finite. Sicut enim bene coheret, ea esse infinita, & nullum omnino habere binarium punctorum distantem infinitè à centro iuxta proposit. 18. citatam, ita & nullum habere binarium punctorum distantium infinitè inter se; prout opus erat, ut inter ea daretur aliqua infinita distantia. Unde aliud est, illa sit infinita, aliud distare illa infinitè à centro. Primumque est verum: quia careat fine, impertransibile que sunt successu. Secundum falso, propriè loquendo: quia in eaque illa eorum pars distat à centro infinitè, et constat ex dictis, neque tota partium collectione, cum hac potius sit coniuncta cum centro per suam ab eo latere partem extremam.

Ex dictis inferitur, si Deus produceret solidum undeque infinitum, atque ad eo replens omnino totum spatium locale, forte utique, ut illud nequam moneri posset motu velo directe; quia neque esset, quod renderet, neque unde recesseret per talem motum iuxta argumenta facta super pro linea infinita. An vero posset tale solidum intra ipsum totum spatium, quod occuparet, moueri quasi circulariter circumferentia extream ipsius spati, dubitabile est. Existimo fore, ut posset. Primum: quia in tali motu nulla certatur repugnantia. Secundum: quia certum est, omnem spharam in se finitam, circulariter moueri posse circa suum centrum. Illud autem solidum ex multitudine infinita sphararum in se finitarum est.

com.

compositum, quorum maiores includerent insæ, minores omnesque subinde essent concentricæ, sive habentes idem centrum. Atque ita moueri totum posset; quia omnes omnino sphærae, ex quibus solis constaret, vt pote finitæ in se, moueri circulariter possent simul, & absolute. Ex eo enim, quod illæ quoad multitudinem essent infinitæ, solum sequitur; non posse earum collectio- nem moueri in directum, qua ratione infinitam extensionem constituant à centro versus quoddam latus circumferentia. Circulariter vero non est, cur moueri non possent; quandoquidem nullam ut sic extensionem infinitam componerent. Quod ut manifestius appareat, ponamus à centro spatij localis sub angulo recto duas lineas in infinitum extensas esse, alteram versus Orientem, & alteram versus Meridiem, & inter illas inclusam totam, quam capere possunt, superficiem planam exten- sam pariter infinitam. Certè in tali superficie, & inter tales lineas, etiæ sint quadrantes circuli quo- ad multitudinem infiniti, atque ita proportionaliter inæquales, ut, quod magis à centro distans, eò sint maiores in se: atramen nullus omnino eorum inde potest esse infinitus; sed omnes omnino inse- sunt finiti, vt pote clausi duobus terminis, iuxta proposit. 18. Totaque subinde superficies ab virgo que dictarum linearum latere finita est, quod latitudinem scilicet contentam inter ipsas lineas; tametsi sit infinita quoad longitudinem à centro versus latus oppositum absque vlo fine extensem. Quo fit, ut talis superficies versus latera linearum dictarum quasi circulariter est, mobilis circa centrum. Scilicet versus Septentrionem, & versus Occasum; prout paulo ante de linea recta à centro versus Orientem, extensa infinita dictum est. Cumque huiusmodi superficies manifeste sit quæ- ra pars integræ superficie maxima diuidentis rotum (spatium locale bifarium), valentisque bifaria diuidere solidum, quod totum illud reple- ret si daretur. Planè sequitur, hanc superficiem maximam, licet à centro versus quodvis latus in directum considerata, sit infinita, ut circulariter considerata finitam necessario esse; tum quia, compositam ex quatuor partibus sub ea confide- racione finitis; tum quia, compositam ex circulis semper inde finitis; tametsi proportionaliter ex excessibus aliquo ex ea, quod vltius sit vltimum, atque ita quoad multiplicidinem infinitis. Unde rursus sequitur, huiusmodi superficiem maximam circulariter circa centrum bene moueri posse intra spatium ipsum, quod occupat; etiæ in directum versus nullum latus possit moueri. Ex quo, tandem concluditur, solidum repens totum spatium locale consideratum circulariter, sive in gyrum infinitum, & mobile esse, vt pote compositum, tum ex sphæris semper inde finitis sub ea confide- ratione, & mobilibus; tametsi quoad multitudinem infinitum, ut sivec etiam immobiles sive, tum ex oculo partibus, sive etiam finitis, & mobilibus, in quas per tres superficies maximas cuius- dem centri ad angulos rectos se secantes digredi- le est. Sicut superficies maxima in quantum est divisibilis iuxta dicta per duas lineas etiam maxi- mas ad angulos rectos se secantes in centro.

## Propositio 32.

De quanto metaphysico seu finito, seu infinito, quod per æquivalentiam solum

est tale, perinde ferme, suæ seruata propor- ratione philosophandum est, ac de quanto physico seu finito, seu infinito, quod for- maliter tale est.

Quia passiones conuenientes quanto physico, cui quantum metaphysicum æquivalere cen- setur (quale est quantum intensionis, quod ad quantum multitudinis reuocatur iuxta dicta suæ pra qæ.) plerunque veniunt adaptandæ quanto metaphysico suo modo, ut ex sequentibus appa- rebit.

## Propositio 33.

Quantum metaphysicum æquivalens physico finito finitum est, æquivalens vero physico infinito infinitum.

Est certum. Quia quantum metaphysicum etenim quanto physico æquivalere dicitur, quatenus ex totidem partibus aliquotis, atque illud, per quamdam æquivalentiam censemur compo- sum. Erit ergo finitum, si sit æquivalens quanto physico finito, atque adeo ex partibus tuis inse- tum quoad multitudinem finitam composto iuxta proposit. 5. Infinitum autem si sit æquivalens quanto physico infinito, atque adeo composto ex multitudine infinita quarumvis partium aliquo- tarum iuxta proposit. 9.

## Propositio 34.

Quantum metaphysicum æquale mul- 139 titudini finitæ quantorum eiusdem generis inse finitorum necessariò est finitum.

Quia multitudo finita partium in se finita- rum, cuiusvis illæ generis sint, necessariò consi- stunt quantum finitum iuxta proposit. 4. Quan- tum autem æquale quanto finito necessariò est finitum. Quia quantum infinitum nequit esse æquale finito iuxta proposit. 11. Itaque si detur ens quoad bonitatem, aut perfectionem, aut po- tentiam, &c. æquale aggregato, coalescenti ex quouis finito numero aliorum eiusdem quorum, vnumquodque in se finitam bonitatem, aut per- fectionem, aut potentiam, &c. habeat: illud qui- dem finitam etiam bonitatem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. habebit: finitum ve quoad quodvis horum prædictorum erit.

## Propositio 35.

Quantum metaphysicum æquale, mul- 140 titudini infinitæ quantorum eiusdem gene- ris inse finitorum, aliquorumque, sive æquivalenti non potest non esse infinitum.

Quia talis multitudo quantorum non potest non constituere quantum inse, sive in suo gene- re infinitum iuxta proposit. 10. Et quantum æqua- le quanto infinito non potest non esse infinitum: quia finitum infinito æquale esse nequit iuxta proposit. 11. Itaque, si detur ens quoad bonita- tem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. æqua- le aggregato coalescente ex quavis multitudine, infinita aliorum entium inse finitorum, & æqua- lium

lum quoad bonitatem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. illud quidem necessario infinitum erit quoad bonitatem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. infinitam ve bonitatem, aut perfectionem, aut potentiam, &c. habebit.

**141** Quod si quantum metaphysicum aequaliter multitudini infinita quantorum in se finitorum, & aequalium infinitum est; multo potiori iure infinitum erit primo id, quod fuerit aequaliter infinita multitudini quantorum, quorum aliquod, aut aliqua, aut omnia fuerint in se infinita, ut constat. Secundo id, quod fuerit aequaliter infinita multitudini quantorum inaequalem, atque adeo proportionalium, proportione videlicet ascendentis, quorum minimum aequaliter fuerit singulis predictis aequalibus, quando multitudines vtrorumque inter se aequales sunt; ut constat etiam ex se, & ex dictis proposit. 23. Vnde etiam constat, quantum metaphysicum aequaliter cuiuslibet omnino multitudini infinita quantorum inaequale, atque adeo proportionalium proportione ascendentis, non posse non esse infinitum. Quia ut ibi statum est, in qualibet omnino multitudine infinita quantorum proportionalium huiusmodi non possunt non contineri plures multitudines infinitae quantorum aliquotorum, sive aequalium.

Ex hac propositione inferatur, necessarium esse, ut vice versa omne quantum metaphysicum infinitum alicui multitudini infinita aliorum quantorum aequaliter sit: quia nequit non per aequalitatem constare partibus aliquotis infinitis! Quod ipsum est, aequaliter multitudini infinita aliorum partium aliquotarum formalium, hoc est aliorum quantorum aequalium inter se distinctorum.

### Propositio 36.

**142** Omnis series quantorum metaphysicorum in se finitorum, & proportionaliter secundum excedentium quocunque genere proportionis in sua possibilitate, seu quiditate necessario est infinita a latere, versus quod ascenditur. A latere vero versus quod descenditur, finita, reipsa, & independenter a nostra conceptione loquendo.

Hac propositione per doctrinam supra statutam proposit. 22. & 23. venit pariter demonstranda. Recognoscatur & applicetur, ne actu agamus. Itaque series creaturarum possibilium quoad perfectionem, aut bonitatem, aut potentiam, &c. in se finitorum, & secundum excedentium proportionaliter infinita est, quo latere ascendit; finita vero, quo descendit. Ita, ut nulla sit eiusmodi creatura possibilis omnium perfectissima, aut optima, aut potentissima, &c. qua perfectior alia, aut melior, aut potentior, &c. dari non possit. Cum tamen aliqua sit possibilis in eiusmodi serie ceterarum omnium infima quoad perfectionem, aut bonitatem, aut potentiam, &c. Quod utrumque contra nonnullos amplius confirmabitur infra q. 8. Vbi etiam videbimus, quomodo de quantis metaphysicis in se infinitis opposita philosophia sit. Series quippe eorum a latere ascendentis finita, a latere vero descendente infinita sunt, prout ibi communius ostendemus.

**143** Mitto plures propositiones ex precedentibus statutis circa quantum physicum, quae pariter quanto metaphysico applicari, & circa illud statui possent. Quia facile, predictis suppositionis,

ab uno quoque, proportione seruat, poterum applicari, & statui. Peroque iam ad alias quæstiones.

### QVÆSTIO III.

Vtrum conceptus obiectivi re ipsa distincti, & propriam quiditatem habentes, atque adeo in se conceptibiles tam possibles, quam impossibilis intra statum quiditatuum precise sint multitudine infiniti.

**P**ro exacta intelligentia, resolutioneque huius questionis suppono primò, impræsentiam dumtaxat solere verti in questionem à Doctoribus, utrum creaturas possibles sint infinita. Circa quam questionem Abayardus, Videlius, Ioannes Hus, & alij heretici dixerunt, Deum non posse producere creaturas alias, præter eas, quæ produxit defacto, animasque ad certum numerum, & non ultra posse creare. Quorum sententia damnata est in Concilio Constatensi fess. 15, Ex catholice item nouissim relati à Pet. Hurt. disp. 13. Phys. fess. 1. & quidam alij Recentiores opinati sunt, creaturas possibles, facibilesque subinde à Deo finitas quoad multitudinem esse. Opposita tamen sententia docens, esse infinitas, communissima est. Eam tenent S. Th. 1. p. q. 14 art. 12, & cum eo Thomista omnes Molin. ibid. Valent. disp. 1. q. 14, punct. 6. Vaz. disp. 63. cap. 2. Fal. quest. 7. art. 2. deb. 2. Pet. Hurt. vbi supra, Arriag. disp. 13. Phys. fess. 2. Ouid. contr. 13. Phys. punet. 3. Carlet. disp. 46. Phys. fess. 2. & 3. Lyncei lib. 7. Phys. tract. 3. cap. 1. Et cæteri omnes Theologi, Philosophique, qui rem attingunt. Quorum multi de multitudine chymarum impossibilium penitus tacent. Alij vero aut exprimunt, aut supponunt ut certum, eam esse infinitam. Ego vero sub prefatio questionis titulo, subqne nomine conceptum obiectivorum tam possibilium, quam impossibilium vtrarumque aggredior præsens examen, creaturarum scilicet possibilium, & chymarum impossibilium.

Suppono secundò, ex conceptibus obiectivi chymaricis quosdam esse solum per species alienas, atque adeo in substitutis alienis conceptibiles; quosdam vero etiam per species proprias esse conceptibiles in se iuxta doctrinam statutam in Pharo Scient. disp. 11. In præsenti ergo questione de secundis tantum est sermo, vixione qui soli habent in se propriam, veramque existentiam, seu quiditatem intra statum quiditatuum iuxta doctrinam etiam datum ibidem.

Suppono tertio ex dictis etiam loco citato, nullum conceptum obiectivum in ordine ad suam quiditatem posse esse impossibilem: quia nullus potest carere potentia ad existendum id, quod re ipsa quiditatem est. Conceptus ergo obiectivi impossibilis dumtaxat sunt tales quoad existentiam: quia carent potentia ad existendum. Vnde bene stat, esse conceptum aliquem impossibilem, & chymaricum, atque adeo necessario fallum quoad existentiam: & nihilominus quoad suam quiditatem esse verissimum intra statum quiditatuum; ut certe est in secundo Deo, qui ex suo conceptu quiditatio verissime est secundus Deus, impossibilis quoad existentiam, atque adeo Chymericus.

Suppono quartò ex dictis in Pharo Scient. disp.

### Disp. XIII. De infinito, infinitateque, &c. Quæst. III. 407

disput. 10. & 14. nullos conceptus obiectiuos posse esse quoad quiditatem oppositos. Quia omnis oppositio extremorum in ipsorum quiditate fundatur, eamque supponit, imo in ea confitit reipsa. Dumtaxatque subinde est oppositio quoad existentiam. Ideo namque extrema nequeunt habere existentiam simul in statu existentiā, eoque iura sunt opposita quoad existentiam in tali statu; quia tales essentias simul habent in statu quiditatuum; ideoque quoad illas in tali statu neutriquam opposita sunt.

<sup>148</sup> Suppono quinto ex dictis etiam in Pharo Scient. disp. 11. citata, omnem chymæram impossibilem idcirco esse talem: quia ex una parte sine aliquo conceptu obiectiuo possibili non potest existere, ex alia vero suapte essentia eidem opposita est. Quo fit, ut nec sine illo, nec cum illo, atque adeo nec vlo modo possit existere. Cum sit impossibile, quidpiam existere; & tamen nec cum alio quopiam, nec cum eius contradicitorio simul existere.

<sup>149</sup> Suppono sexto, ex dupli capite nasci posse iuxta Recentiores supra commemoratos, quod creaturæ possibiles infinitæ non sint. Primo; quia infinitudo ipsa quorumuis conceptum chymærica, & repugnans est. Secundo; quia creaturæ ex proprijs conceptibus non repugnantes finitum numerum non excedunt reipsa. His positis sit.

#### Propositio 1.

<sup>150</sup> Ex eo, quod infinitudo quoad multitudinem quorumuis conceptum obiectiuorum sit impossibilis, & chymærica, non sequitur tales conceptus intra statum quiditatuum quoad multitudinem infinitos non esse.

Quia iuxta doctrinam vniuersalem suppositionis terciæ bene stat, talem infinitudinem esse impossibilem, & chymæricam, atque adeo necessariò falsam quoad existentiam; & tamen esse verissimam quoad quiditatem, verissimèque subinde redditem tales conceptus infinitos quoad multitudinem intra statum quiditatuum. Quod ipsum est quiditas eius, seu quiditas munus. Itaque ex defectu possibilis infinitudinis præcisè nulla multitudine conceptum obiectiuorum, potest desinere esse infinita intra statum quiditatuum; quantumvis nequeat esse infinita intra statum existentiā. Id quod etiam ex doctrinâ suppositionis quartæ confirmari potest. Quia infinitudo quoad multitudinem ex nullo capite potest excogitari impossibilis quoad existentiam, prout est infinitudo præcisè, praterquam ex oppositione quoad existentiam partium, ex quibus composita est, vt satis superque est ex se notum. At partes quoad existentiam oppositæ non eo ipso sunt, imo esse nequeunt opposita quoad quiditatem iuxta dicta ibi. Igitur infinitudo quoad multitudinem indemnus necessariò manet intra statum quiditatuum, vt verissime intra illum reddat conceptus, quibus conuenit, quoad multitudinem infinitos.

<sup>151</sup> Hinc constat, ex impossibilitate infinitudinis quoad multitudinem creaturarum possibilium præcisè nasci non posse, quod illæ quoad multitudinem infinitæ non sint intra suum possibilis, sive quiditatis statum. Si aliunde, que ex prædicatis proprijs possibiles sunt, pauciores

reipsa non sint, quam, ut multitudinem infinitam valeant componere.

#### Propositio 2.

Creaturæ ex proprijs conceptibus possibiles infinitæ quoad multitudinem sunt intra suum statum possibilis, sive quiditatum.

Probat imprimis propositionem definitio supra conmemorata Concilij Constantiensis, quatenus errorem esse decernit, alterare, Deum usque ad certum numerum posse animas creare, & non ultra. Hoc enim verissimum esset, si animæ creatibiles, sine possibiles non infinitæ, sed certo aliquo essent numero comprehensa. Ut est notum.

Secundò probatur propositione. Quia durationes, quibus Beati in singulis instantibus temporis æterni futuri sunt duraturi, prout docet fides, cœrare quedam sunt non solum possibiles, sed futurae re ipsæ distinctæ inter se doctrinam stabilitam supra disp. 8. Et tamen quoad multitudinem infinitæ sunt: quia nulla est, ultra quam non sint aliae, & aliae absque vlo sine futura. Alioquin contra dogma fidei post aliquam talium durationum Beati desinenter durare, & esse. Actus etiam intellectus, quos Beati per totam æternitatem successivè sunt habituri, infiniti sunt. Siquidem nullus omnino erit eorum, ultra quem non restent alii, & alii absque vlo ultimo futuri. Ergo, &c. Quod autem dicant nonnulli, esti multitudine talium actuum sit finita, post totam semel transactam posse eos iterum, atque iterum absque vlo sine repeti, sive reproduci, ne eorum exercitium desit Beatis aliquando; frivolum est. Quia nulla ratio potest idonea reddi, cur eiusmodi infinitæ eorumdem actuum reproductiones possibiles sint, & non sint possibiles infinitæ novorum actuum prorsus similium, prorsusque equalium productiones. Præterquam quod effigium istud in durationibus tum Beatorum, tum talium actuum locum non habet, utpote que suis proprijs instantibus vincè affixa, nullatenusque reproductibiles in alijs sunt; prout disp. citata statutum est.

Tertiò probatur. Quia, ut Deus hactenus à principio Mundi per singulos annos produxit aliquem creaturarum numerum distinctum à productis annis præteritis, poterit utique deinceps per singulos annos futuros tantum præflare; quin dabilis sit vllus omnino annus, in quo iam Deus nullas creaturas de novo producere possit: quandoquidem omnium annorum totius temporis, quod ad rem attinet, eadem prorsus ratio est; ut ex se est satis notum. Ergo Deus nullum numerum finitum creaturarum potest producere, quo maiorem alium nequeat producere. Quod stare nequit absque eo, quod creaturæ productibiles à Deo arce adeo possibles in suo possibilis statu infinitæ sint; ut ex doctrinâ statutæ q. 2. proposit. 1. constat.

Ex qua etiam constat, deceptos esse Recentiores supra citatos, quatenus non audentes concedere, ita esse finitas creaturas possibiles, ut produxto aliquo earum numero determinato maior aliis nequeat produci, dicunt, eas indeterminate solum esse finitas, quia productio quousvis earum numero, potest maior produci; nequaquam tamen possumus infinitæ produci. Falluntur tamen primò; quia, ut loco citato monstratum est, ex eo,

eo, quod; producto quonis creaturarum numero, possit maior produci, necessariò sequitur, creaturas producibles intra possibilis, sive quiditatis statum determinatè esse infinitas. Secundò; quia ex eo, quod non possit simul infinitæ creature produci, vt ipsi opinantur cum sententia satis communi, inferunt creaturas possibles infinitas non esse. Hæc namque illatio mala est. Nam & quousque extrema opposita nequeunt simul existere, & tamen intra statum quidditatum simul sunt possibilia. Iamque propositum monstratum est, bene posse quousque conceptus intra statum quidditatum multitudine infinitos esse, rameri coym infinitudo possibilis quoad existentiam non sit.

156 Quarto probatur propositio. Quia, loquendo de creaturis infra finitis metaphysicè, sub quousque earum specie logica sunt possibilia infinita individua morte similia, & aequalia, vt supra disp. 12. quæst. 6. monstratum est. Loquendo autem de creaturis tam infinitis, quam finitis infra metaphysicè, (quas utrasque esse possibles patebit ex dicendis), sub quousque earum specie physica sunt possibilia infinita individua similia inter se, licet non aequalia, prout ex ibidem dicitur. Unde universitatem concorditor, sub quousque omnino specie infinita esse quoad multitudinem possibilia individua: et quod, quousque eorum numero dato, alia ultra illum, atque alia sunt excogitabilia eis proportionalia aut etiam aequalia, atque adeò patiter possibilia; vt latius argumenti sumus loco citato. Quod autem sub quousque etiam creaturarum genere possibiles sint infinita earum species diversæ inter se, sive dissimiles, inde venit probandum pariter: quia, quousque earum numero dato, alia ultra illum, atque alia excogitables sunt ab ipsis inter se diversæ, sive dissimiles, & nulli oppositæ vero conceptui, sine quo non possint existere, prout ad eorum impossibilitatem requirebar iuxta suppositionem quintam, atque adeò possibiles.

157 Id quod insuper probari potest, sitque nostra propositionis quinta probatio. Quia, sicut nullus est dabilis numerus, quo major alius, diuersisque ab omnibus minoribus dari non possit, vt apud Arithmeticos certissimum est; siquidem nullus est dabilis numerus, qui duplicari, ac multiplicari non possit tum per se, tum per quemlibet alium. Ob idque numeri diuersæ inter se in sua possibilite, seu quidditate necessariò sunt infiniti; vt tanquam certissimum etiam statutum D. Aug. lib. 12. de Cuiuitate Dei cap. 18. constatque ex demonstratione facta quæst. 2. proposit. 20. Ita nulla est dabilis creaturarum possibilium species, cui, & ceteris quibusque antea dati diuersa alia, sive dissimiles dari non possit. Obidique species creaturarum possibilium inter se diuersæ, sive dissimiles in sua possibilite seu quidditate etiam sunt infinitæ. Species quippe, testante Arist. sunt scilicet numeri. Vt, sicut numeri inter se diuersi infiniti sunt; quia dati quibusque alius maior, atque adeò diuersus à reliquo dari potest. Ita species inter se diuersa, sive dissimiles infinitæ sunt; quia dati quibusque alia diuersa, sive dissimiles illis dabilis est. Quo arguento probatur, species creaturarum sub quousque genere earum contentas infinitas multitudine esse: quia data quousque dissimilitudine differentiarum, per quas tale genus contrahitur, alia dabilis est; sicut, data quousque dissimilitudine numerorum, est dabilis alia.

Sexto probatur propositio. Quia ad infinitam perfectionem sapientiae, atque potentie divinae pertinere hand dubiè videtur, quod creature à Deo factibiles, atque adeò possibiles infinita quoad multitudinem sint. Si enim artifices creati eò in suis artibus prouectiores habentur, quod plura mente adiuuent, opereque exequuntur. Quis non videat, ad perfectionem infiniti Artificis spectare, sine viro fine adiuuenire posse, quod possit exequationi mandari; et quod ab omni repugnantiâ proflus immunita sint. Certè vel nos ignari, & rudes sine fine possumus excogitare nouas, ac nouas semper creaturas possibles, miscendo prædicta rerum, quæ noscimus, eo delectu, vt nulla vñquam contradicatio sequatur. Quod fieri si conceptus ex mixtionibus resultantes cum alio quopiam conceptu vero, sine quo non possint existere, non sint oppositi quoad existentiam, prout ad impossibilitatem est necessarium, iuxta suppositionem quintam. Quid ni igitur à mente diuinâ infinita erunt excogitabiles creature possibiles, arque adeò à diuinâ omnipotentiâ factibiles? Nec resert sapientiam, & omnipotentiam diuinam attributa esse quo ad intrinsecam perfectionem penitus absoluta à creaturis possibilibus, adeò, vt æquè perfecta persistenter intrinsecè, estò nulla creatura possibilis est, vt supra disp. 4. quæst. 2. à nobis statutum est. Quanquam enim hoc ita sit. Attamen supposito, quod aliqua sit materia possibilis horum attributorum, ad extrinsecam saltem eorum perfectionem, atque decentiam, naturisque rerum proportionem pertinet, quod ea non sit finita, sed infinita. Monstrosum quippe est, repugnantem subinde sensendum est universitati essentiarum, quod Princípio, quatenus est ex se, infinitè factio, qualis est Deus, non corresponeat materia, quatenus ex se, infinitè factibilis, qualis creaturatum possibilium multitudine infinita est. Universitas enim essentiarum invenitabile iure possitlare universè, vt Princípio factio materia factibilis, quantum iuxta utriusque essentiam possibile sit, proportionetur. Per quod argumentum probatur tam infinitudo specierum possibilium sub quousque genere, quam infinitudo individuorum possibilium sub quousque specie.

Septimo probatur propositio. Quia non est, cur creature possibiles sive numerice dumtaxat, sive specificè etiam inter se differentes, hoc possit numero finito, quam quousque alio sive maiore, sive minore ex omnibus excogitabilibus comprehendantur. Igitur nullo numero finito, sed potius multitudine infinita comprehendendi dicende sunt. Sed dicent Aduerarij. Non minus multitudines in se infinitæ sunt multæ, imo & infinitæ quoad multitudinem, & inter se inæquales, quam numeri; vt constat ex doctrina statutæ quæst. 2. proposit. 16. Ergo ob argumentum simile pariter est dicendum creaturas possibiles nullà multitudine infinita comprehendendi. Quia scilicet non est, cur potius hac, quam alia quousque sive maiore, sive minore ex omnibus excogitabilibus comprehendendi dicantur. Contra tamen est. Quia ex multitudinibus infinitis una dumtaxa est, quæ debitam proportionem habet cum infinitate Principij effectui omnium creaturarum possibilium, nempe Dei, iusta doctrinam datam super. Pro qua subinde præ ceteris omnibus extat talis proportionis ratio. Cur ea, & non alia comprehendantur omnes creature possibiles. Cum tamen nec hæc, nec alia ratio ad rem extat pro aliquo nomine.

numero finito præ reliquis. Quo nostrum argumentum firmum persistit; probans pariter, infinitas multitudines esse tam specierum creaturarum possibilium sub quo quis carum genere contentarum, quam individuorum contentorum sub qualibet earum specie. Atque hinc etiam constat, quomodo, non solum cuius numero, sed cuius etiam multitudini infinitæ creaturarum possibilium alia creature possibles addi possunt, præterquam illi maximæ omnium, quæ diuinæ Omnipotentia infinitudini proportionata est, & omnes omnino in se comprehendit creature possibles. Huic namque, nulla est, quæ addi possit; cum comprehendat omnes. Ex quibus omnibus etiam facile quisque diluat, quæ contra nostram propositionem aut solent, aut possunt opponi.

160 Et quoniam omnes creature possibles contingentes sunt, utpote liberè à Deo factibiles, & consequenter indifferentes ad existendum, & non existendum; tot omnino sunt possibles negationes, seu veritates negatiæ creature, quot sunt creature ipse possibles. Atque ita infinita multitudo creaturarum omnium possibilium, & infinita multitudo omnium negationum possibilium earum æquales sunt. Quoniam item multitudo creaturarum puræ possibilium, atque adeo non existentium infinita est. Quandoquidem omnium possibilium portio quedam finita est multitudo earum, quæ existunt; & ab infinito sublatâ portione finita, nequit, quod superest, non manere infinitum, ut constat. Plane consequitur, negationes creature possibilium non solum possibles, sed etiam defacto existentes (ratione negationes dici possunt existere iuxta doctrinam datam in Pharo Scient. disp. 9. q. 2.) infinitas quoad multitudinem esse. De quo suppositis dictis nulla dubitatio esse potest.

161 Porro, quemadmodum multitudo complectens omnes omnino creature possibles tum specificæ, tum solum numericè inter se differentes certam, determinatamque infinitudinem omnium possibilium maximam habet, qua maior alia non est possibilis, iuxta dicta. Ita quoque multitudo complectens omnia omnino individua possibilia vniuersiusque speciei certam, determinatamque infinitudinem habet, & omnium maximam, qua maior alia non est possibilis intra eam speciem. Rursus, quia ex individuis, quæ sunt eiusdem speciei physice, eo quod inter se sunt similia, quedam sunt inter se æqualia, atque adeo eiusdem etiam speciei logice, & quedam inæqualia, specificaque subinde logica differentia: inæqualium autem tot sunt differentiae, quot proportiones inæqualitatis diuersæ possibles sunt iuxta dicta disp. 10. q. 2. diuis. 19. necesse est etiam, ut multitudo complectens omnia individua possibilia intra vnamquamque dictarum differentiarum certam, & determinatam infinitudinem habeat, & maximam omnium pertinentium ad eam individuum differentiam. Addit, ut intra vnamquamque speciem infinitam creaturarum possibilium datur vna quedam infinitudo maxima omnia individua eius complectens; ita intra vnumquodque genus necessariò debere dari vnam quandam infinitudinem maximam complectentem species omnes sub tali genere comprehensas; donec ascendatur ad supremum genitus possibilis creati; cuius infinitudo maxima omnes omnino complectitur creature possibles. Iam, quod vnaquæque praedictarum infinitudinum maximarum intra vnamquamque differentiam seu genericam, seu specificam, seu individualem creaturarum possibilium

tanta sit, nec maior, nec minor, ex proportione debitæ essentijs rerum tum inter se, tum cum infinitudine Principij omnium earum comparatis, credendum est, nasci iuxta superiorius dicta. Denique, quod intra vnamquamque maximam infinitudinem omnium dictarum differentiarum creaturarum possibilium infinitæ alia infinitudines, seu multitudines infinitæ contineantur ex doctrinâ monstrata supra q. 2. proposit. 16. constat. Postremo aduerto, quod vniuersalius est genus, eò plures sub se illud complecti species, speciem vero infinitam eò fortasse plura sub se complecti individua, quod ex conceptu suo specifico perfectior est.

Propositio 3.

Chymærae impossibilis infinitæ quoad 162 multitudinem sunt intra suum statum quidatuum.

Hæc propositio ab omnibus videtur admitti, siue supponi ut certa. Probandaque venit imprimis nonnullis ex argumentis factis pro infinitudine creaturarum possibilium, ut recolenti, & applicanti illa perspicuum fiet. Deinde speciatim probatur. Quia, cum omnis chymæra impossibilitas inde nascatur, quod sit conceptus ex vna parte impotentis ad existendum sine aliqua veritate obiectiva possibili, ex alia vero eidem veritati necessariò oppositus iuxta suppositionem quintam, eò ipso, quod veritates possibles sint infinitæ, non possunt non chymærae respectivæ ad illas impossibilis infinitæ esse, immo infinites infinitæ. Neque enim vna, vel altera dumtaxat chymæra impossibilis, sed infinitæ excoigitabiles sunt relatae ad vnamquamque veritatem possibilium. V.g. relatæ ad Dcum infiniti alij Dij ab ipso solum numero differentes sunt impossibilis: eò quod neque cum ipso existere possunt ob essentiali opitionem, quam cum eo habent, neque sine ipso: eò quod ipso essentialiter non potest deficer. Sunt etiam respectivæ ad Deum infinitæ actiones ipsius peccaminose impossibilis: quia & ipsi opposita, & cum ipso connexa sunt suopte conceptu. Similiter relatæ ad vnumquemque ignem singularem infinitæ frigesciones sunt impossibilis: quia & cum eo sunt connexæ, cum sibi ex conceptu suo actiones ipsius, & eidem sunt opposite, eò quod potentia ille caret ad eas elicendas. Pariter relatæ ad quatuor extrema inunibilia singulare infinitæ uniones sunt impossibilis: quia & cum ipsis connexæ ex conceptu unionis eorum, & eisdem opposita ex potentia ipsorum ad illas. Tantundemque de ceteris est dicendum.

Ex quibus patet, infinitum chymæratum impossibilium infinites maius esse infinito creaturarum possibilium; atque etiam infinito negationum possibilium earum: non tamen simul, sed seorsim acceptis. Quia infinitum chymæratum non duplicatur respectu ad duo infinita æqualia veritatum possibilium obiectivarum, alterum creaturarum possibilium, & alterum negationum possibilium earum: eò quod quæcumque sunt chymæra impossibilis respectu vniuersiusque creature possibilis ob sui connexionem, simul & oppositionem cum illa prout existente, exdem, & non alia sunt chymærae impossibilis respectu negationis talis creature. Vniuersaliter liquide omne connexionum cum uno ex extremis contradictionis alteri extremo oppositum est, & omne oppositum vni, cum altero est connexionum iuxta principia certa statuta in Pharo Scient. disp. 14. q. 4.

F. B. Quod

164 Quod si queras; cum sint infinita quoad multitudinem multitudines infinita chymarum impossibilium, quarum singulis aliæ, & alia subinde chymare impossibilis possunt adiici; cur detur vna multitudo infinita complectens omnes, atque adeò incapax accrementi. Et cur ea tanta sit, nec maior, nec minor; cum ceterarum in illa inclusarum aliæ maiores alijs sint, & aliæ minores intra suum omnium statum quiditatum. Respondeo. Quemadmodum essentiarum quoad quiditatem, quam habent intra suum statum quiditatum, nec queritur rationabiliter, nec redditur causa: quia revera illam vt sic non habent, prout diximus in Pharo Scient. disp. 10. q. 1. Perperam enim quarer quis, aut reddat causam, sive rationem, cui homo de suo, sive in suo statu quiditatuo sit animal rationale. Ita quoque uniuersitatis essentiatum quoad multitudinem eam, quam illa habet, sive complectitur intra suum statum quiditatum, neque querenda, neque reddenda est causa, sive ratio absolutè. Quare nec mirum esse debet, si de quantitate multitudinis chymarum impossibilium absolute reddi ratio non possit. Tametsi respectuè bene inferatur, prout à nobis in precedentibus illustratum est, ex eo, quod Principium omnium factibilium est infinitum, vt fides docet, multitudinem factibilium esse infinitam infinitudine proportionata ipsius Principij infinitudini. Rursusque ex eo, quod factibilia sunt multitudine infinita, infactibilia, sive chymatica esse infinitas infinita quoad multitudinem. Quia vero sit horum omnium infinitudo totalis: & cur tanta, nec maior, nec minor in ipsis uniuersitatis essentiam, seu quiditatem videtur referendum: quia non apparet, vnde id rationabiliter inferri possit. Nisi quis velit id inferre ex eo, quod infinitudo omnium intelligibilium, cuius pars est infinitudo chymarum, infinitudin sapientiae speculativa, & practicae Dei debet esse proportionata; quemadmodum infinitudo factibilium proportionata esse debet, vt diximus, Omnipotentia, sapientiaque practica ipsius Dei. Ob idque infinitudinem omnium impossibilium tantam esse, neque maiorem, neque minorem; quia in tantâ quantitate omnino iuncta cum infinitudine possibilium talis sibi vindicat proportionem, non vero in alia excogitabili.

165 Et quoniam, quot sunt chymare impossibilis positivæ, quales adduximus in exempla, tot dantur à parte rei defacto, imo & necessario existentes vera negationes ipsarum, qua ratione negationes dici possunt existere, iuxta doctrinam statutam in Pharo Scient. disp. 9. q. 3, siveque alias. Manifeste consequitur, multitudinem eiusmodi negationum infinitam esse. Tantumque habere infinitudinem, quanta talium chymarum infinitudo est.

166 Ex quibus omnibus appetet, quomodo creatura possibles, atque etiam chymare impossibilis in statu suo quiditativo sit infinita quoad multitudinem. Et quomodo eorum negationes quoad multitudinem item sunt infinitæ etiam in statu existentiæ.

## QVÆSTIO IV.

*Virum infinitum aliquod multitudinis possit à Deo produci, ponique in statu existentiali.*

167 Qvæstio est de infinito multitudinis categorico, quod vocant infinitum in actu ut distinctum à syncategorematico, quod vocant in potentia. (Dari enim à parte rei defacto infinitum multitudinis syncategorematicum, sive in potentia, concors fere omnium Doctorum sententia est: quia datur multitudo finita rerum augibilis in infinitum, in qua illud consistit). Non tamen est quæstio de infinito multitudinis partium proportionalium. aut etiam indivisibilium contini. Quia tale infinitum in sententiâ illud ad strumentum defacto proculdubio datur existens. De quo nos latè supra disp. 10. q. 4. Sed neque est quæstio de infinito multitudinis negationum, seu veritatum negatiuarum. Quia tale infinitum hanc dubie etiam datur defacto existens, qua ratione negationes dicuntur existere, iuxta dicta q. 3. Denique neque quæstio est de infinito multitudinis partium aliquotarum alicuius quanti infiniti quoad extensionem, de quo in sequentibus questionibus agendum est. Sed quælio est de infinito multitudinis aut entium complerorum nullam extensionem constituentium, aut partium aliquotarum alicuius quanti infiniti quoad intensionem. Circa quam.

Prima sententia est, nullum multitudinis infinitum in actu posse dari existens à parte rei, etiam de potentia Dei absoluta. Ita Soar. disp. 30. Metaph. lect. 17. Valent. 1.p. disp. 1. q. 7. punct. 3. Albertin. de Prædic. quantit. disp. 4. q. 5. Rub. lib. 2. Phys. tract. 2. q. 3. Murc. lib. 3. Phys. disp. 2. q. 3. Et apud eos, & mox referendos plures alii.

Secunda autem sententia opposita est, alioquin infinitum multitudinis actu dari posse existens de potentia absoluta Dei. Ita Vazq. 1.p. disp. 26. cap. 3. Fasol. 1. p.q. 7. art. 3. & 4. dub. 1. 2. Conimb. lib. 3. Phys. cap. 8. q. 2. Pet. Hurt. disp. 13. Phys. lect. 3. Arrig. disp. 13. Phys. lect. 4. Owied. cont. 14. Phys. punct. 5. Carlet. disp. 46. Phys. lect. 4. Lynce lib. 7. Phys. tract. 3. cap. 4. Et apud eos plures alii ex Antiquioribus cum Recentioribus plenisque.

## Propositio 1.

Infinitum multitudinis entium completorum, vt Angelorum, benè potest simul produci à Deo, existereque in rerum naturâ de potentia absoluta.

Probatur primò. Quia, vt constat ex doctrina statuta q. 3. Angeli ex proprijs conceptibus possibles infiniti sunt in statu possibilis, sive quiditativo. Vtque ex præmissis in hac q. constat, & Aduersarij confitentur, existente quouis eorum numero, alius, & alius maior potest existere, ita quod nullus Angelus sit, qui non possit coexistere quibusvis alijs in quouis numero finito. Igitur & tota eorum multitudine infinita potest simul existere. Probatur consequentia. Quia omnes eos simul existere, neque repugnat ex parte existentia singulorum vt statutum est: neque

### Disp. XIII. De infinito, infinitateque, &c. Quæst. IV. 411

repugnat ex parte coexistentia omnium; cum nullus sit oppositus quod existentiam vlli finito aliorum numero, ut etiam statuimus: neque est cur dicatur opponi infinita eorum multitudini titulo infinitudinis: quandoquidem ex hypothesi, quod existet infinita quavis multitudine Angelorum non complectens omnes possibilis, alij proculdubio absque illa contradictione posse illi existentialiter adiungi; non secus, ac possunt cuius eorum finito numero. Itaque, cum nullius infinitorum Angelorum existentia repugnet; quia sunt omnes possibilis: neque omnium coexistentia; quia nulli sunt inter se oppositi: concluditur planè ex nullo capite repugnare, quod multitudine infinita omnium eorum simul existat, prout nostra propositio fert.

<sup>171</sup> Qua secundò probanda venit à paritate multitudinis infinita negationum ipsorum Angelorum, aliorumque entium. Quia omnes simul defacto suo modo existunt à parte rei; quin obstat earum infinitudo; vti q. 3. statuimus. Cur ergo infinitudo multitudinis Angelorum, aliorumque entium possibilium obstat, quominus illa à parte rei simul possit existere?

<sup>172</sup> Tertiò probatur. Quia non obstat infinitudo, quominus Angeli, & alia entia possint in statu quiditatis esse quoad multitudinem infinitam, vt verè sunt iuxta dicta q. 3. Ergo neque obstat, quominus talia quoque esse possint in statu existentia. Aliudque ad id nullum aliud extat obstat.

<sup>173</sup> Quartò probatur. Quia multitudine actuum intellectus Beatorum, cruciatumque Damnatorum, atque durationum vtrorumque per totam eternitatem futura infinita est, etiam intra statum existentiale, tametsi in tempore infinito nunquamque finiendo. Ergo etiam in tempore finito, atque adeò in eodem poterit aliorum, aut similium multitudine infinita ponit intra statum existentiale. Nulla enī potest ratio, cur magis infinitudo existentium permanenter repugnet, quam existentium successiū.

<sup>174</sup> Quintò probatur. Quia ex eo, quod multitudine infinita Angelorum, aut aliorum entium simul existat, nulla sequitur contradictione, vt ex solutione argumentorum, que possunt opponi, constabit. Possibilis ergo censenda est talis existentia. Et consequenter non neganda divina Omnipotentia.

<sup>175</sup> Objetetur primò. Omnis multitudine possibilis est in aliqua specie numeri. Sed multitudine infinita in nullā est specie numeri. Ergo est impossibilis. Negatur antecedens. Ab ipsisque Adversariis videtur necessariò negandum propter multitudines creaturarum possibilium, & cogitationum, cruciatum, ac durationum futurorum. Damnatorum, & negationum infinitorum entium non existentium, quas infinitas esse, debent fateri.

<sup>176</sup> Secundò objicitur. Omnis effectus sub certam debet cadere intentionem agentis. At infinitum sub certam Dei intentionem non potest cadere. Ergo nequit produci à Deo. Nego minorem. Quia non est, cur infinitum sub certam Dei intentionem non possit cadere. Sicut cadit sub certam scientiam. De quo non est dubium.

<sup>177</sup> Tertiò objicitur. Si Deus potest producere infinitas creaturas, possit producere omnes possibilis. At hoc repugnat. Quia exhaustiret Omnipotencia Dei. Ergo, &c. Respondeo, non repugnare, quod Deus producat omnes creaturas possibilis, qua ratione illa sungs

possibilis; vt fusiū explicabitur q. 11.

Quartò objicitur. Quæus multitudino infinita potest à Deo numerari. Ergo est infinita; quia id supponitur: & non est infinita; quia de ratione numeri est, esse finitum. Antecedens probatur. Quia numerare, nihil aliud esse videtur, quam distincte, & sigillatim percipere cuiusvis multitudinis unitates, qualiter circa omne dubium percipiuntur à Deo. Respondeo, duplēcē esse modum numerandi. Primus, & propriissimus est, cum successiū percurritur omnes multitudinis unitates, à quo numerandi modo dicitur numerus omnis, & sola multitudine finita: quia omnis, & sola multitudine finita est percurribilis successiū. Secundus est, cum abique temporis successione, simul percipiuntur omnes unitates aliquius multitudinis priori modo numerabilis, sive numeri; ut quando videns simul sex homines dico, eos sex esse. Hoc igitur secundo modo dici Deus poterit numerare simul omnes unitates multitudinis infinita, non quidem unica numeratione quasi, ipsa tota sit unus numerus percurribilis successiū; sed infinitis, quatenus illa ex infinitis numeris est composita, quorum unusquisque seorsim successiū percurribilis est; & quorum omnium unitates Deus simul percipit distinctissime.

Quintò objicitur. Nulla est unitas in multitudine infinita, qua non sit numerabilis successiū, non solum diversis numeris, sed eodem; quia nulla est, qua coniuncta cum præcedentibus non possit compondere unum numerum maiorem præcedente. Ergo omnes sunt successiū percurribiles. Ergo multitudine omnium & est infinita; quia id supponitur: & est finita; quia successiū pertransibilis. Quod est implicitorum. Respondeo, nullam esse in multitudine infinita unitatem, qua non sit numerabilis successiū per sui coniunctionem cum præcedentibus in eundem numerum, permanentibus tamen semper infinitis alijs post ipsam non numeratis: atque ita omnes hoc pœsto successiū esse numerabiles, adeoque pertransibiles distributè accepta; fecus accepta collectiū; prout oportebat, vt earum multitudine finita esset. Recognoscet doctrinam hanc vniuersè traditam disp. 16. q. 3. proposit. 17. & alias in simili supra q. 2. proposit. 31.

Sextò objicitur ex doctis Recentioribus, quos s̄a p̄e q. 3. citauimus. Creet Deus, si fieri potest, infinita dolia, quorum quodvis mille capiat phialas aqua, quibus primò adimplatis, corrumpat Deus aquam relinquens tantum in singulis dolis phialam unam. Hoc posito, probant post iterum omnia dolia aqua repleri ijs, quæ superfluerunt, phialis, nullā aquā denuō producunt. Quod est absurdum. Probatio autem est. Quia ad replendum ea infinita dolia aqua s̄a sunt infinita millaria phialarum; cum unumquodque eorum capiat earum mille, ut possumus. Sed in infinito phialarum, quod superfluit, dum Deus in singulis dolis unam reliquit incorruptam, clauduntur infinita millaria phialarum. Ergo erit aqua sufficiens ad replendum iterum omnia dolia. Respondeo uno verbo ex doctrinā s̄a statutā q. 2. infinitum milliarum phialarum relictorum post corruptionem residua aqua esse miliecuplo minus infinito doliorum: tunc infinito milliarum phialarum omnium, quibus dolia erant plena. Proindeque non posse infinitum milliarum phialarum, quæ superfluerunt, satis esse ad replendum iterum dolia.

Septimò objicitur ex eisdem. Impertiat F. 2. Deus

Deus infinitis Angelis infinitos binarios graduum gratiae, resumatque à singulis vnum gradum, postque coadit, qui supersunt, reddat iterum ex eo cumulo vnicuique binos. Sanè infiniti Angeli debent superefse absque gratia. Ergo vider Deus, quibus possibile est dare binos, & non ultra. Ergo iij, quibus possibile est dare binos, finiti sunt; quia videt Deus, vbi finiantur gradus gratiae. Cùm tamen deberent esse infiniti, vt confat. Respondeo ex eo, quod Deus infinitum Angelorum suā cognitione bifariam diuidat in duo dimidia, infinita, alterique horum dumtaxat congruat congruentia multitudinis infinitum binariorum graduum gratiae, nullatenus fieri, vt eiusmodi dimidia successiue pertransibilia, atque adeò finita reddantur. Et licet quodammodo terminentur extrinsecē cognitione diuinā, aut etiam applicatione binariorum graduum gratiae facta vni dimidio, & non alterius intrinsecē tamen non terminantur: quia nullam seriem prioris, & posterioris termino intrinsecō capacem constitutū, vt supponitur, sed infinitas dumtaxat multitudines aliquę vlo ordine extensionis. Quithinc etiā terminarentur intrinsecē à latere, per quod diuidantur, adhuc non redderentur absolute finita; sed ab eo latere dumtaxat. Vt, cùm quantum extensionis vtrinque infinitum per gradum medium sua serie in duo dimidia à latere divisionis finita, & ab altero infinita diuiditur. Quae omnia ex dictis q.1. & 2. conspiens sunt.

182 Octauo obiicitur argumentum illud calculatorium, vt appellant, quod iam à nobis supra q.2. proposit. 28. propositum, atque solutum est. Nonō denique opponi solet illud sophisma: quo intenditur probari, omnium numerorum maximum debere dari in serie eorum proportionali contentā in quoquis infinito multitudinis; à maximoque subinde finito numero ad multitudinem infinitam per additionem finitam transiri immediate in tali serie. Quod est absurdum. De quo nos etiam q.2. proposit. 22. iam egimus.

183 Quæ omnia argumenta, & cætera, quæ opponi possunt, & ab unoquoque ex dictis à nobis præsertim q. 2. facile diluerint, in Aduersarios sunt retorquenda. Ut inde plenè constet, per illa nihil probari contra nos. Si quid enim probant, non solum infinitudinem creaturarum existentium, quam Aduersarij negant posibilem, excidunt; sed etiam infinitudinem creaturarum possibilium, & chymistarum impossibilium, & negationum existentium, & eorum per aeternitatem futurorum, ino & partium ipsius temporis vtrinque infiniti. Quam neque negant Aduersarij, neque negare possunt.

### Propositio 2.

184 De infinito multitudinis graduum, sive partium aliquotarum intensionis subiectiæ (qualis est intensionis qualitatuum) perinde dicendum est, posse simul produci à Deo, exstereque in rerum natura de potentia absoluta; ac dictum est proposit. 1. de infinito multitudinis entium completorum, casu quod eiusmodi intensionis gradus nullam seriem extensionis constituant.

Vc casus propositionis intelligatur, duplex, aut triplex philosophia diuersa circa prædictos gradus intensionis qualitatuum distinguenda est. Primo

enim possunt ita concipi subiecto vñiti, vt omnes, & singuli immediatè subiecto vniantur, sive vniantur item inter se, sive secus. Secundò ita, & vñstantum subiecto vniatur immediatè; reliqui vero mediate; successione quadam vñionum, quibus vniantur inter se. Tertiò, quounque modo vniantur, aut possunt esse æquales, & non subordinati quoad perfectionem; aut inæquales, & subordinati. Ergo, si gradus prædicti vñti sint subiecto priori modo, neque sint quoad perfectionem subordinati, is erit casus proprius propositionis. In quo eodem prorsus modo, atque præcedens probanda, ab argumentisque oppositis vindicanda est. Si vero eiusmodi gradus secundo modo sint vñti, atque adeò subordinati quoad vñiones, aut sine inæquales inter se, & subordinati quoad perfectionem, seriem quamdam extensionis constituent, ad infinitaque extensionis speciem bunt in sequentibus examinanda, si sint infiniti, ut verè esse possunt, etiam in statu existentiali, prout facilius superque ex dictis colligi potest, & amplius ex sequentibus innotebet.

Caterū contra infinitudinem graduum intentionis qualitatum in vñiversum speciatim obici solet primo. Si dari possit visio Dei infinitè intensa, comprehendetur illà Deus. At repugnat, Deum visione creatæ comprehendendi. Ergo visio Dei infinitè intensa impossibilis est. Nego antecedens. Quia, vt Deus comprehendatur, aut debet cognosci ex vi visionis eius quidquid ad eum spectat; aut debet visio esse æquè perfecta, ac ipse Deus; aut vtrumque iuxta dicenda disp. 17. Quorum neutrum visio creatæ, quantumvis infinita, habetur.

Secundò obiicitur. Si possit dari grauitas, aut impulsus cum infinitè intensione, possit dari motus localis infinitè velox, atque adeò instantaneus. Sed hoc est impossibile. Ergo & primum. Probatur antecedens. Quia, quod intensior est grauitas, aut impulsus, eo motus velotior est. Subinde que nequit non esse infinitè velox, atque adeò instantaneus motus casu, quod grauitatis, aut impulsus sit intensionis infinita. Respondeo, absque inconveniente concedi posse, si daretur intenso infinita grauitatis, aut impulsus, potte velocitatem summam motus ex illa nasci, in quounque deum consitiat, velocitatem summam esse, iuxta varijs modos philosophandi de illa supra disp. 10. q.4. à n. 302. commemoratos. Vbi etiam vidi mus, quomodo velocitas motus, eti possit esse summa, qua maior alia dari non possit; infinita tamen, propriè loquendo, esse non possit, saltem formaliter.

Duo supersunt hic aduertenda. Primum est, infinitudinem graduum intensionis subiectiæ dumtaxat ponit possibilem impræsentiarum, quantum est ex parte ipsius præcisè. Vtrum autem ex parte incapacitatis subiecti repugnet aliquando, nec ne, alibi est examinandum. Secundum est, entia completa quoad multitudinem infinita, de quibus proposit. 1. eti non constituant intensionem, subiectiæ; quia supponuntur absoluta ab omni subiecto: posse tamen constitire intensionem temporalem, quatenus existere possunt in eodem tempore; aut localem, quatenus in eodem loco; aut alterius generis, quatenus in eodem gradu cuiusvis alterius seriei habentis extensionem, iuxta divisionem valueralem quantorum extensionis, & intensionis traditam disp. 10. q.2.

Q.V.E.

## QUÆSTIO V.

*Vitrum infinitum aliquod extensionis localis possit à Deo producī, ponique in statu existentiali.*

188 **Q**uestio est de infinito in actu, sive categorico extenso localiter aut quoad longitudinem solidū, aut quoad latitudinem, & longitudinem, aut quoad profunditatem, latitudinem, & longitudinem iuxta triplicem speciem, quam habet quantum extenū localiter, lineam, superficiem, & solidum, prout constat ex eius divisione tradita disp. io. q. 2.

189 Circa quam questionem prima sententia negat, tale infinitum posse actu existere, adhuc de potentia absoluta Dei. Quam tenet Soar. Valent. Alberti. Rub. Murc. & alij relati q. 4 pro prima sententiā, & ex relatis pro secundā Oued. aliquae Recentiores. Secunda vero sententia affirmat. Cuius sunt Vaz. Falol. Conimb. Pet. Hurt. Arriag. Carter. Lynce, & alij plures citati q. 4 pro sententiā secundā.

## Propositio I.

190 Possibile est, atque adeò factibile de potentia Dei absoluta, ut infinitum extensionis, de quo questio tractat, actualiter existat parre rei.

Probatur primō propositio. Quia, ut concors Doctorum sententia est, dato quouscunq̄ huiusmodi extensionis finito, maius; & maius potest illud effici à Deo per additionem aliarum, & aliarum partium extensionis, seu quantitatis aliquotarum absque vlo fine. Quo circa infinitum syncategorematicum in tali quanto ut sic consitens à nemine videtur negari. Igitur iuxta demonstrationem factam q. 2. proposit. I. partes aliquotæ possibiles huiuscmodi quantitatis in suo possibilis statu infinitæ sunt. Igitur, cū aliunde non sint opposita inter se, vt patet in ijs eiusdem rationis, quæ defacto dantur, defacto poterunt omnes simul existere quantum infinitum, de quo agimus, componentes absque vla contradictione.

191 Secundō probatur à paritate spaciū localis, siue, vt aiunt, imaginarij. Quod vndeque esse infinitum, q. 2. proposit. 24. monstratum est.

192 Tertiō probatur à paritate negationis infiniti, suo modo existentis quanti extensionis infiniti, de quo tractamus. Certum enim est apud omnes, illud defacto non existere. Et hoc ipsum est, defacto existere negationem eius.

193 Quartō probatur à paritate extensionis temporalis infinitæ, quam constituant entia infinita, per totam æternitatem futura. Nulla siquidem idonea ratio reddi potest, cur si possibilis extensio infinita temporalis, & non sit possibilis extensio infinita localis.

194 Quintō probatur. Quia quantum extensum localiter intra statum quidicatum infinitum est, vtpote ibi ex infinitis partibus aliquotis compositum iuxta dicta in probatione prima. Ergo & intra statum existentiali poterit infinitum esse.

195 Sextō demum probatur. Quia ex eo, quod

detur existens infinitum extensionis localis, nulla sequitur contradic̄tio. Ut constabit ex solutione argumentorum, que contra obiectuntur. Ergo illud possibile est, factibileque à Deo.

Obiectur primō. Omne corpus aut est naturalē ex materia, & formā substantiali compositum, aut est mathematicum coalescens ex quantitate, & figurā. Primum nequit esse infinitum; quia forma substantialis finitam quantitatem expicit. Sed neque secundum; quia quantitas infinita non potest habere figuram. Ergo, &c. Respondō. Nec omne corpus naturale possibile componitur ex materia, & formā, vt supponitur: quia possibile citra dubium est corpus extensum expers tali compositione. Nec omnis forma petit quantitatem finitam: quia possibilis est forma extensa infinitē postulans quantitatem pariter infinitē extensam. Nec omne corpus mathematicum coalescit ex quantitate, & figura: siquidem multas quantitates sine figurā considerat vel ipsa Geometria, vt paraboles, hyperboles, lineas spirales, &c. Quare & corpus mathematicum poterit infinitum esse. Tametsi corpus infinitum non possit habere figuram, vtpote quæ terminis clauditur.

196 Secundō obiectur. Si daretur corpus infinitum, & esset mobile; quia naturale: & non esset mobile; quia nullo motu locali moueri posset. Ergo repugnat. Respondō primō, etiam si corpus infinitum quā tale nullo locali motu moueri posset; adhuc posse esse naturale: tum quia varijs moribus alterationis posset mobile, sive mutabile esse: tum quia singula partes eius seorsim consideratae etiam motu locali mobiles essent. Respondō secundō, eti⁹ corpus infinitum. quatenus tale est, non possit moueri localiter, posse tamen quatenus non est infinitum, prout assatim expli- catum est supra q. 2. proposit. 31.

Tertiō obiectur vulgare illud; quo contenditur, sequi, dari infinitam lineam terminis clausam, atque adeò implicitoriam, ex eo, quod duæ aliae lineæ ab eodem puncto angulariter protendatur in infinitum: quia quā magis duæ istæ lineæ distant ab eo puncto, eo magis distant inter se. Ceterum, fore in hoc casu, vt inter dictas duas lineas infinitē extensas nulla transuersa terminis clausa daretur infinita, eti⁹ daretur multitudo infinita linearum transuersarum in se finitarum proportionaliter se excedentium, ex doctrinā traditā obiter q. 2. proposit. 31. citatā manifestum est. Quo corruit penitus argumentum.

Quartō obiectur. Incipiat hinc longitudo producāt à Deo infinita versus Orientem, quam diuidat Deus in duo dimidia sumendo alternas eius, & relinquentio alternas vlnas: huiusmodique diuisione factā, componat Deus ex vlnis vtriusque dimidijs duas longitudines infinitas continuas quārum altera collocata hinc versus Orientem totum spatiū occupabit, quod antea occupabat integrā longitudi; alioquin, si ad aliquam eius partem pertingeret, nec vterius progrederetur, non esset infinita; quia esset terminis clausa. Pariterque longitudo altera collocata hinc versus Occidentem totum spatiū ab eo latere infinitum eodem titulo repleret. Fieretque, vt eadem longitudo absque vla nouatum partium additione, aut suarum replicatione duplo maius spatiū occuparet, quām occupabat antea; duploque maior subinde se ipsa esset; ino infinitē maior: cū supra infinitudinem, quam antea habebat versus Orientem, alteram iam priori æqualem haberet versus Occi-

Occidentem. Quæ omnia planè absurdâ sunt, & chymarica.

<sup>300</sup> Vazq. disp. 26. supra citatâ cap. 3. & Lynce lib. 7. citato tract. 4. cap. 2. integrum casum propositum censem possibilem. Absurdaque illata vitare se putant, afferendo relationes æqualis, & inæqualis, maioris, & minoris quantorum finitorum dumtaxat proprias esse: infinitorum verò non item; atque adeò nullatenus his attribuendas. Falluntur tamen, nisi ego fallor, satis aperte: nam, quidquid sit modò de appellacionibus aqua- lis, aut inæqualis, maioris, aut minoris; quid euidentius esse potest, quām, non posse idem numero quaatum citra villam sui rarefactionem, aut replicationem nunc vni tantum spatio locali infinito, nunc eidem, & simul alteri infinito correpondere, sive congruere; quāmque, non posse partem quanti sualiter replere integrum spatiū, quod replebat totum? Relationes autem æqualis, & inæqualis, maioris, & minoris tam infinitis, quām finitis quantis esse communes, satis superque est à nobis ostensum q. 2. Et certè nihil videatur posse esse euidentius, quām totum etiam infinitum æquale suæ parti esse non posse. Posset autem, si in casu proposito dimidium illius longitudinis eidem spatio locali posset congruere, cui tota ipsa congruebat. Siquidem quæcumque quanta extensa localiter eidem spatio locali, atque adeò sibi mutuò congruunt, non possunt non aqua- lia esse iuxta satis etiam euidentem doctrinam statutam disp. 10. q. 3. proposit. 12.

<sup>301</sup> Propercet ad argumentum propositum ego respondeo ex doctrinâ iam supra traditâ q. 2. pro- posit. 28. neutrum illorum dimidiorum longitudinis à Deo divisa posse in vlo spatio locali continuatum ponit; quia omne spatiū continuum, & infinitum, quale deberet esse, infinitè maius est quois illorum; atque adeò nullum est tale excogitabile, cui quodvis illorum possit congruere. Quo posito, ex longitudine infinitâ, cuius illa- dimidia sunt, ex divisioneque eius, quam casus supponit, nullum absurdum sequitur; vt est no- tissimum.

<sup>302</sup> Infurgit tamen Lynce contra hanc doctrinam (vt ipse putat euidenter) arguens hoc modo. Collectio infinita cruciatuum Iude incipiens ab instanti D commensuratur toti æternitati à parte post. Ponatur igitur incipit ab instanti A anteriori. Vel commensuraret tunc itidem toti æternitati; vel non? Si primum. Ergo idem infinitum potest modò minori, modò majori spatio temporalis (atque adeò etiam & locali) commen- surari, & adæquari; quod nos negamus. Si secundum. Ergo collectio cruciatuum Iude ad aliqua instantia æternitatis non pertingeret, ante illaque subinde finiretur in eo casu. Proindeque infinita non esset. Quod est absurdum contra suppositionem, & contra fidem.

<sup>303</sup> Respondeo per doctrinam demonstratam à nobis q. 2. manifestè conuinci, non posse omnia infinita congruere, seu adæquari, seu commen- surari æternitati à parte post, ita, ut quæ sunt tales æternitatis, seu temporis infiniti instantia incipiendo à præsenti, tot sint cuiusvis infiniti multitudinis unitates. (Tantum abest, ut doctrina Lyncei opposita euidenter sit.) Posito enim, quod infinitum multitudinis A tot habeat unitates, quæ habet instantia tempus æternum à parte post, manifestum est, quartam partem, aut centessimam, aut millesimam ipsius infiniti A, quæ etiam infinito in se sunt, totidem unitates non,

posse habere. Neque ex hoc sequitur infinitum B, quod pono esse quartam partem infiniti A, successiæ posse pertingere ad aliquod instans temporis à parte post infiniti, in quo finiatur, aut ultra quod non progrediatur. Quia, cùm nullum sit instans talis temporis, usque ad quod ab instanti præsenti non sint finita unitate, & ultra quod non sint infinita, postquam infinitum B successiæ ad quodvis omnino tali infiniti temporis instans peruererit, non poterunt non remaneant, in illo infinita unitates semper vterioribus instantibus absque vlo prorsus fine correspondunt; nisi quod huiusmodi unitatum infinitudo semper erit materialiter quadruplo minor infinitudine ipsorum vteriorum instantium. Sint itaque explicatio- nis gratiæ existentia nunc duo infinita, alteram Angelorum tot omnino Angelis constans, quæ sunt instantia temporis infiniti futuri, alterum hominum quadruplo minus, id est tot hominibus constans, quæt constat Angelis quarta pars infiniti Angelorum. Corrumptaque Deus successiæ in singulis instantibus vnum Angelum, & vnum hominem. Certè nullum erit instans totius temporis infiniti futuri, usque ad quod ab instanti præsenti non corruperit Deus duas æquales multitudines easque finitas, alteram Angelorum, & alteram hominum; & ultra quod non superficierem per Deo corrumpendæ alia duæ, eaque infinitæ, sed ita inæquales, ut multitudo hominum semper sit quadruplo minor multitudine Angelorum; atque adeò etiam multicudine infinita instantium temporis vteriorum.

<sup>304</sup> Ex qua manifesta doctrinâ sequitur primò, infinitum illud cruciatuum Iude nunquam fore finiendum, quantumvis antea, quām defacto ex- cit, capiatur: non tamen propteræ fore, ut adæquaretur, sive congrueret tunc spatio temporali infiniti maiori, quām modò. Si enim modò tot habet unitates, quæt haberit instantia tempus infinitum futurum ab instanti in quo capitur, quod ipsum est tali tempori adæquari, sive congruere; casu, quod capiatur antea, pauciores haberet, quām haberet instantia tempus, cum quo comparetur tunc. Taliq[ue] tempori subinde tunc non adæquaretur, sive congrueret. Secundò sequitur vnu- uersè, adhoc, vi quodvis infinitum quorumlibet unitatum continuæ successiæ à parte post sit æternum, sive nunquam finiendum, necesse non est, quod illud commensuraret, sive congrueret tempori à parte post æterno, sive infinito; id est, tot confitit unitatibus, quæt tale tempus constat instantibus, seu partibus aliquotis eis unitatibus cor- respondentibus. Si enim totidem unitatibus constat, sive multo pluribus, sive multo paucioribus, dummodo illæ sint infinitæ, à parte post sit æternum, sive carens fine, sive infinitibile, prout constat ex dictis. Vnde rursus fit, satis esse, quod multitudo operationum futurarum Beatorum, aut passionum futurarum Damnatorum sit infinita, ad hoc, ut illæ sit æterna sive in æternum con- tinuanda, sive nunquam finienda. Tametsi illæ multo, imo infinitæ sit minor materialiter, ut esse potest, quām multitudo instantium, aut partium aliquotarum temporis æterni, sive infiniti à parte post, quæ fixa, & invariabilis est, ut q. 2. prop. 6. statuimus. Multitudo tamen durationem continua- rum futurarum Beatorum, & Damnatorum non potest non æqualis esse multitudini instantium, seu partium continuatarum similiter temporis infiniti futuri, quibus illæ respondent. Cum sint eis affixa suæ essentia, eisdemque subinde essen- tia.

205 tialiter commensuratae, & congruentes.  
Pergo iam ad argumenta cætera, quæ contra nostram propositionem opponi solent. Sitque ordine quintum. Si daretur magnitudo infinita, illa est ætus purus; quia non est in potentia ad quidquam, cum illi nihil addi posset. At solus Deus potest esse ætus purus. Ergo. Nego maiorem cum probatione. Quia magnitudini infinita possent addi multa accidentia, quibus perficeretur; neque à se haberet perfectionem indefectibiliter, prout ad actum purum requiritur, sed ab alio defectibiliter, &c.

206 Sexto obijcitur. Si daretur linea infinita versus Orientem, atque etiam versus Occidentem, per quocunque punctum diuidetur, resultarent duæ partes æquales: quia posita vnâ parte supra alteram, ita, ut extrema ambarum immediata divisioni sibi congruerent, neque ab eo extermorum latere altera excederetur ab altera, ut ex positione supponitur; neque ab altero latere, ut pote à quo ambae essent æquæ infinitæ. Sumantur ergo in predictâ linea duo puncta, per quorum quolibet sit diuisibilis bifariam, nempe punctum A propinquius Orienti, & punctum B propinquius Occidenti. Fictio, ut pars Orientalis terminata in A parti Occidentali terminata in ipso A sit æqualis; & consequenter maior pars Occidentali terminata in B minore, quam ipsa pars Occidentalis terminata in A vtpote inclusa in illa. Aliudque vero pars Occidentalis terminata in B æqualis est parti Orientali terminata in ipso B; & consequenter maior pars Orientali terminata in A minore, quam ipsa pars Orientalis terminata in B vtpote inclusa in illa. Atque ita pars Orientalis terminata in A parte Occidentali terminata in B major simul, & minor est. Quod est implicitorum. Lynce, & alij, qui æqualitatem, & inæqualitatem ab infinitis quantis reiciunt, per istud effigium tentant se eripere ab hoc argumento. Sed male propter hancen dicta. Ego ad illud respondeo ex doctrinâ statuta supra q. 2. proposit. 27. lineam vtrinque infinitam per unum solum punctum, quod est veluti centrum eius, esse bifariam diuisibilem: atque adeò, per quocunque aliud diuidatur, nullatenus posse alteram diuarum partium, in quas diuiditur, ita supra alteram collocari, ut mutuò sibi adæquate congruant quoad spatium locale; sed necessariò spatium vnius tantumdem debere excedere spatium alterius à latere finito, quantum ab eodem latere altera dictarum partium alteram necessariò debet excedere iuxta dicta etiam in eâ q. proposit. 28. Quo tota ruit argumentatio facta.

207 Septimo obijcitur. Productâ à Deo longitudo infinita tam versus Occidentem, quam versus Orientem, potest aliquam partem eius medianum corrumpere, cuius spatium relictum ut repleatur, potest Deus aut vtramque, aut alteram partem extremam mouere, donec se tangant. Quo fieri ut à latere Occidentali, aut ab Orientali, aut ab utroque tantumdem relinquant spatium vacui, ad quod iam non pertingat, sicuti antea talis pars extrema; subindeque ante illud sit terminata, atque accèò finita; cum poneretur esse infinita ab eo latere. Quod est implicitorum. Admissis cæteris in casu suppositis, respondeo eas exteras lineas eo modo, quo supponitur, non posse moueri adæquate, et si qualibet pars eorum discontinuata à reliquis moueri possit iuxta doctrinam statutam q. 2. proposit. 31. Quo cessat argumentum. Alij aliter; sed male, respondent ad

illud, quos prætermitto facile ab unoquoque refellendos ex hacenus dicas.

Octauo obijcitur. Deus non potest producere omnem extensionem localem possibilem citra infinitudinem. Ergo multo minus poterit producere extensionem localis infinitam. Nego antecedens; sumpta particula omnem distributè: sumptâ autem collectiù; concedo propter dicta in simili supra q. 2. proposit. 22. quæ ad rem applicanda. Et nego consequentiam. Quia extensio infinita contradictionem non inuoluit. Sicut inuoluit collectio omnium extensionum possibilium citra infinitudinem iuxta dicta ibi.

Nonò obijcitur. Si existant duæ lineæ ductæ angulariter à centro, quod habet spatium infinitum locale iuxta dicta q. 2. proposit. 27. & inde extensa infinitè, multa absurdâ impossibilia sequuntur. Ergo tales lineæ sunt impossibiles. Primo enim sequitur, est eas simul æquales, & inæquales. Äquales: tum quia id necessariò sequitur ex doctrinâ à nobis statuta propositione citata: tum quia, si comparentur vlnæ vnius lineæ cum vlnis alterius omnimodiis mutuò sibi congruent, ut conatur. Inæquales vero: quia, si comparentur semiulna vnius lineæ cum vlnis alterius, mutuò etiam congruent quoad multitudinem: quia singulis semiulnis vnius singulæ alterius vlnæ correspondentes inuenientur; cum tam multitudo vlnarum, quam multitudo semiulnarum infinita sit. Multitudines autem æquales altera semiulnarum, & altera vlnarum non possunt nō componere longitudines inæquales: cum qualibet vlna qualibet semiulna duplo maior sit. Secundò sequitur, quamlibet dictarum linearum æqualem suę parti esse. Quia, si comparentur singulæ vlnæ primæ cuiusq; lineæ cum singulis vlnis secundæ, mutuò quoad multitudinem congruent; demptisque ex his, relictūque extra comparationem viginti prioribus, adhuc mutuò congruent quoad multitudinem ob eamdem predictam rationem. Atque adeò pars lineæ secunda component ipsam cum viginti illis vlnis relictis integræ primæ erit æqualis; cui eidem ponebatur æqualis secunda integræ. Concluditurque manifestè, secundam integræ lineam æqualem suę parti esse; quia, quæ sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se. Tertiò sequitur, si ponantur singuli homines in singulis semiulnis primæ lineæ, binaque ipsorum brachia absicfa in singulis vlnis secunda lineæ collocentur, fore, ut nullus superfit binarius brachiorum, quia tam infinita est multitudo vlnarum secundæ lineæ, quam semiulnarum primæ, hominumque subinde, atque binorum brachiorum posteriorum in illis. Cumque multitudo vlnarum secundæ lineæ multitudini vlnarum prima æqualis necessariò sit iuxta dicta; si binarij singuli brachiorum resumpiunt ex singulis vlnis secundæ lineæ alternis hominibus conseruant correspondentibus singulis vlnis lineæ primæ, euenerit utriusque ut medietas hominum cum brachij, & medietas sine brachij remaneant. Cum tamen antea omnes homines brachia haberent; nec brachia plura essent, sed prorsus eadem. Quod est chymicorum.

Respondeo predictas duas lineas infinitas possibilis esse. Neque ex earum existentiâ vñum ex illatis absurdis sequi. Non primum. Quia multitudo semiulnarum cuiusvis ex predictis lineis duplo maior est multitudine vlnarum alterius. Atque ita, licet singulis semiulnis vnius singulæ vlnæ alterius comparari, concipiique correspondentes ex æquo possint in quovis vtrarumque finito numero; eo quod cuius omnino finito nu-

me-

nero semiulnarum vnius linea<sup>z</sup> equalis numerus vlnarum potest in altera designari. At integra linea<sup>z</sup> infinita non ita possunt comparari, vt singulis semiulnis vnius singula<sup>z</sup> vlna<sup>z</sup> correspontent alterius. Sed ita, vt singulis semiulnarum binariis correspontent singula<sup>z</sup> vlna<sup>z</sup>. Quo absurdum primum illatum cefiat. Ad secundum dieo. Nec posse ex aequo correspondere, congruere ve singulis vlnis vnius linea<sup>z</sup> singula<sup>z</sup> alterius, detractis semel ab haec viginti. Tametsi cuiilibet omnino numero finito prioris equalis numerus posterioris congruere possit. Quo etiam secundum absurdum cefiat. Ad tertium dico. Positis in singulis semiulnis prima linea<sup>z</sup> singulis hominibus, si ex brachii omnium abscis in singulis vlnis secunda linea<sup>z</sup> bina ponantur, fore tique, vt totidem super sint brachiorum binaria; quia multitudine binariorum brachiorum omnium duplo maior est multitudine vlnatum linea<sup>z</sup> secunda. Quo denique cefiat totus discursus secundi absurdus. Et totum argumentum.

Sed potest tamen illud aliter amplius vrgiri. Suppositis duabus linea<sup>z</sup> infinitis predictis, ex extremis singularum vlnarum vnius ad extrema singularum semiulnarum alterius possunt duci linea<sup>z</sup> transuersae eodem ordine, quo vlna<sup>z</sup> ipse, & semiulna<sup>z</sup> linea<sup>z</sup> ipsas infinitas componunt. Quis dubitet? Aliunde vero non possunt. Quia multitudine eiusmodi linearum transuersarum simul esset infinita, & finita. Quod est implicitorum. Infinita quidem: quia multitudine vlnarum ad quantum extrema terminarentur ab uno latere linea<sup>z</sup> ipse transuersa infinita est. Finita vero: quia multitudine semiulnarum, ad quarum extrema ab altero latere terminantur, finita necessari<sup>z</sup> esse debet. Nequit enim ea esse multitudine integra semiulnarum, sed aliqua pars eius damtaxat, cum integra multitudine duplo sit maior multitudine vlnarum, atque adeo & multitudine ipsarum linearum transuersarum ex quo illi correspondent. Et nulla est pars multitudinis semiulnarum, quae incipiens (vt in praesenti casu deberet) a latere terminato linea<sup>z</sup> infinita, quam illa componunt, non sit finita, ut pote clausa terminis, iuxta doctrinam statutam q. 22. proposit. 19. Respondeo, suppositis duabus linea<sup>z</sup> infinitis predictis, ab extremis vlnarum continuatarum vnius ad extrema semiulnarum continuatarum alterius linea<sup>z</sup> transuersas duci posse in quouis omnino finito numero; in multitudine vero infinita nequaquam. Quo cefiat argumentum. Quia multitudine infinita linearum in se finitarum, & eiusmodi positionem habentium impossibilis est defectu spati localis, cui sub tali positione possit congruere. Tametsi quoad substantiam sub aliaque positione possibilis sit, Ut enim nullum est excogitabile spatiu[m] locale, in quo locari possit multitudine infinita semiulnarum continuatarum, quae sit dimidio integræ multitudinis semiulnarum componentium totam lineam de qua tractamus; vt quod est proposit. 28. monstratum est. Ita nullum est excogitabile spatiu[m] locale continuum æquale quoad longitudinem ab uno latere dicto dimidio semiulnarum continuatarum, quale deberet esse illud, in quo predicta multitudine infinita linearum transuersarum cum positione casus, de quo tractamus, collocarentur; ut ex ipsa suppositione casus est manifestum.

Ex quibus omnibus appetet, propositionem nostram ab omnibus argumentis, quæ contra illam fieri possunt indemnem esse. Per doctrinam quippe traditam inter soluendum ista, quæ obieci-

nus, facile quisque diluet cetera, quæcumque ex cogitari possunt. Addendum tamen est pro maiore firmitate nostra doctrinæ, pleraque eiusmodi argumentorum in Adversarios ipsos aperte venire rectorunda, dum pariter contra alia quanta infinita, quæ ipsi non negant, aut etiam neque negare possunt, queunt formari. Qualia sunt spatium locale; negatio infinita extensionis; multitudine entium per aternitatem futurorum; multitudine partium temporis; multitudine rerum possibilium; & alia id genus.

### Propositio 2.

Possibile est, vt actualiter existat absque vllâ penetratione locali multirudo infinita corporum, aliorum ve entium localiter extensorum quoad trinam dimensionem, sive extensionem.

Hanc propositionem negant aliqui, qui multitudinem infinitam entium localiter penetratorum admittunt possibilem: è quibus est Oviedo vbi supra. Probanda tamen ea venit perinde ac praedens, iunctis, si placet, quæ de possibilitate multitudinis infinitæ in vniuersum q. 4. dicta sunt.

Sed opponit Oviedo. Si ex ilteret multitudine infinita corporum non penetratorum, non reperiret totum spatium locale: quia adhuc supereret possibilia alia eiusmodi corpora. Ergo ultra eas omnia corpora amplius spatij supererent. Spatiu[m]que subinde eis occupatum citra spatium vacuum, atque adeo terminatum, & consequenter finitus esset. Vnde & fieret, esse infinitam talium corporum multitudinem; quia id supponitur: & huius esse finitam; quia clausata ab ille vllâ penetratione spatio finito. Quod est impossible. Confirmat. Quia, si existerent infiniti montes, & in singulis vna formica, corruptisque montibus, inter se coniungerentur infinita formicæ, quis dubitet spatiu[m] omnium formicarum exiguum fore, partem spatij, quod antea montes occupabant? Vnde consequenter fit, illud terminatum, & finitum esse debere: atque adeo & omnium formicarum quantitatem, & earum multitudinem esse finitam. Cum tamen poneretur, esse infinitam. Aliasque eiusdem generis addit, aut indicat confirmationes Oviedo.

Respondeo ad argumentum primò, possibillem esse infinitam multitudinem corporum non penetratorum, quæ repleat totum omnino spatium locale. Quo corruit argumentum factum. Talis enim esset multitudine partium in se finitarum vnius corporis quoad trinam extensionem vndeque infiniti, & totum spatium locale repletus. Quod esse possibile, constat ex dictis proposit. 1. Tali autem corpori nullum aliud ens, nedium corpus, posset coexistere absque penetratione locali. Respondeo secundò, possibilem etiam esse multitudinem infinitam corporum non penetratorum, quæ non repleat totum spatium locale; ita, vt quo latere non repleuerit finita sit semper. Quod solum probat argumentum. Sat tamen esse, vt sit infinita, quod replet ab aliquo latere; à quo solo infinita erit. Sic itaque series hominum non penetratorum localiter incipiens hinc, & infinitè extensa versus Orientem. Ea utique versus Orientem, quo latere est infinita, occupabit totam longitudinem spatij localis habentem latitudinem vnius hominis; etiamque aut quoad omnes suas partes continuas, si singuli homines singulis tunc

contigui, seu se tangentes, seu coniuncti localiter; aut quoad omnes suas partes interpolatas, si singuli homines à singulis distantes aliquantulum positi sint, eorumque spatia localia mediis spatijs vacuis interpolata; ita, ut nulla omnino sit talis longitudinis spatijs partes aut continuae, aut interpolatae, ultra quas non sint in subsequentiibus alij, & alij homines absque vlo fine. Versus Occidentem, verò versus Meridiem, & versus Polum totum spatium talis series non oceupabit. Nec mirum; cum ab eis lateribus finita sit. Tantumdemque venit dicendum de ceteris huiusmodi multitudinibus infinitis corporum non penetratorum.

215 Ad confirmationem respondeo, de multitudine infinita montium perinde ac de multitudine infinita aliorum quorumvis corporum non penetratorum philosophandum esse iuxta nuper dicta. Tantumdemque dicendum esse de multitudine infinita formicarum correspondentium singulis montibus, si corruptis montibus, in eisdem spatijs reliquantur, in quibus antea erant. Ut sic enim, seriem eamdem, quam antea constituit infinitam aut ab uno tantum later, aut à pluribus; nisi quod ea maiora interuala habebit inter singulas formicas, quam series montium inter singulos montes. Quod si formicarum series ab uno dumtaxat latere infinita sit, considereturque post montes corruptos ita contracta, ut inter singulas formicas minora iam sint interuala, quam erant antea, in nullo spatio locali ut sic poterit collocari: quia erit una ex duabus longitudinibus ab altero latere infinitis, ex quibus præcedens series formicarum cum suis interualis componebatur, nulli omnino spatio locali potens congruere iuxta doctrinam uniuersalem q. 2. proposit. 28. stabilitam, & demonstratam.

216 Ex dictis in totâ hac q. infero primum, magnitudinem quoad trinam dimensionem, infinitam, & totum spatium locale replenter, qualcum est possibilem, constat ex dictis proposit. 28. totidem omnino partes, atque spatium ipsum, cui congruit, necclario habere. Maximamque subinde esse omnium magnitudinum possibilium, quia absque illâ partium penetratione in spatio locali posita posunt existere. Nullumque aliud ens, dum illa existit, posse existere in loco, quin sit cum illâ penetratum localiter.

217 Secundò infero, si magnitudo replens totum spatium locale in quilibet omnino partes quoad trinam dimensionem in se infinitas diuidetur à Deo, fore vtique ut nulla eiusmodi partium in vlo spatio continuo collocabilis esset; quia omne spatium continuum quoad trinam dimensionem, infinitum qualibet eiusmodi partium infinitè minus est, iuxta demonstrationes factas supra q. 2. proposit. 28. Quæ ad rem recolenda, & applicanda, Vnde etiam patet, nullam omnino magnitudinem quoad trinam dimensionem infinitam, & infinitè minus eam, quæ totum spatium locale repletet, in vlo spatio continuo collocabilem esse.

Tertiò infero, quamlibet magnitudinem finitè minorem eam, quæ totum spatium locale repletet, in eodem spatio locali ponibilem esse; nisi quod huius ea pars finita, atque adeò intermedia, utpote terminata vndequeque, maneret vacua, cui congrueret, si daretur, excessus finitus, in quo magnitudo maior integri spatijs replitiua, excedit minorem.

218 Quartò infero, quamlibet magnitudinem, quoad trinam dimensionem infinitam & maiorem sive infinitem, sive finitè illâ, quæ totum spatium lo-

cale iustè repleret, in ipso eodem spatio locali esse, ita tamen ut excessus cum residuo localiter penetraretur. De quo nullum est dubium. Quod dubitari potest est, an sit possibilis magnitudo maior illâ, que totum spatium locale iustè, & absque illâ suarum partium penetratione repletet. Circa quod dubium primò videtur dicendum, possibilem esse magnitudinem ex partibus eiusdem speciei compositam, que totum repletet spatium locale, ut magnitudinem aquæ, aut aeris, aut ignis, &c. quia non est cur partes extensionis possibles eiusmodi rerum ad minorem infinitudem coactentur. Secundò videtur dicendum per congruentiam quamdam, partes aliquotas eiusdem speciei possibles vniuersiusque rerum eiusmodi plures non esse, quā, ut sufficerent ad replendum totum spatium locale, si existerent. Nam, ut est certum, multitudinem infinitam creaturarum possibilium, atque adeò etiam multitudinem infinitam individuorum possibilium cuiusque speciei certam, & determinatam esse, quam Deus cognoscit, ita, ut nec maior possit esse, nec minor iuxta dicta q. 3. Ita quoque est certum, multitudinem infinitam partium aliquotarum possibilium eiusdem speciei, ex quibus vnaquaque magnitudo localis extensionem exigens intra suam speciem, potest coalescere, certam, & determinatam esse, quam Deus cognoscit, ita, ut nec maior esse possit, nec minor. Videatur autem congruum esse, ut sit tanta, quata sufficeret ad replendum absque illâ penetratione totum spatium locale. Vnde tertio videtur dicendum, si consideretur vna quævis magnitudo coalescens ex partibus diversâ speciei, ut ex aquâ, aere, igne, &c. eam vtique infinitè maiorem esse posse, quam totum spatium locale; atque ita in nullo eam spatio locali citra infinitam partium penetrationem collocabilem. Talis quippe erit magnitudo coalescens ex totâ aquâ, & ex toto aere possibili, utpote constans duabus infinitis partibus, quarum qualibet perse solam totius spatijs localis replitiua est iuxta dicta.

219 Egimus hactenus in hac q. de infinito extenso localiter per localem suarum infinitatum partium distributionem. Quod propriè quantum localiter extensum, sive extensionis localis dicitur. Supererat dicendum modò de ente infinitè extenso localiter per sui totius localem, & infinitam repetitionem. Quod minus propriè extensum localiter dicitur, quatenus in pluribus spatijs localibus possum, seu replicatum est. De quo tamen iam supra egimus disp. 6. q. 7. Quia ibi de eo à Doctribus solet communiter tractari. Recognoscantur scripta ibi.

## QVÆSTIO VI.

*Vtrum infinitum aliquod extensionis temporalis possit à Deo produci, ponique in statu existentiali.*

220 Illud ens dicitur propriè extensum temporaliter, quod per suarum partium temporalem distributionem diversis partibus temporis correspondet. Quod aliter ens successuum dicitur. Quælis est motus localis, aliaque eiusmodi entia successivæ fluentia. Dici etiam potest, tametsi minus propriè, ens temporaliter extensum illud,

Ges quod

quod per sui totius temporalem replicationem, pluribus paribus temporis correspondet. Quod aliter ens permanens in tempore diuisibili dici solet. Igitur duo in praesenti queruntur. Primum. An aliquod ens permanens per infinitum tempus durare possit. Secundum. An aliquod ens successuum per infinitum tempus possit extendi.

**221** Circa primam quidem questionem tria sunt certa secundum fidem. Primum est, Deum per totum tempus à parte ante, & à parte post infinitum, atque adeò ab aeterno, & in aeternum, & semper necessario durare, durasse, & duraturum esse; idque suapte natura, & essentiā. De quo multa sunt dicta supra disp. 9. Secundum est, Angelos, & animas hominum, atque etiam post resurrectionem corpora horum per tempus infinitum à parte post, sive in aeternum esse duratura ex decreto Dei. Tertium est, nullam creaturam per infinitum tempus à parte antea durasse, sive ab aeterno productam à Deo extitisse. An autem possibile fuerit, à Deoque proinde possibile, ut aliqua creatura ab aeterno extiterit, ab aeternoque proinde à Deo ipso producta fuerit, sub controvèrsia est. Prima sententia negat. Quam tenent Lessius lib. 4. de perfect. diui. cap. 2. Valent. 1.p. disp. 3. q. 3. punct. 2. Tanner. 1.p. disp. 6. q. 1. dub. 3. Tolet. lib. 8. Physl. disp. 1. q. 2. Murc. lib. 8. Physl. disp. 1. q. 3. cum S. Bonau. Albert. Richard. Marfil. Henri. Guillerm. & alijs. Secunda sententia affirmit. Quam teuent S. Th. 1. p. q. 46. art. 2. & lib. 2. contra Gent. cap. 46. cum quo Caier. Capreol. Ferrar. aliisque Thomista. Necnon ex Nominalibus, & Scotistis multi. Item Soar. disp. 20. Metaph. sect. 6. Vazq. 1.p. disp. 177. cap. 5. Molin. 1.p. q. 46. art. 2. Conimb. lib. 8. Physic. cap. 2. q. 6. & 7. Pet. Hurt. disp. 16. Physl. sect. 1. Arriag. disp. 17. Physl. sect. 2. Ouid. contr. 19. Physl. punct. 1. Carlet. disp. 39. Physl. sect. 1. Lynce lib. 7. Physl. tract. 5. cap. 1. & alijs plutes.

**222** Circa secundam questionem, supposita communione, & nostra de durationibus superadditis, & essentialiter successivis, certum est, per tempus infinitum sive aeternum à parte post futuras esse infinitas durationes, seu partes durationum continuo fluxo se succendentium omnium entium creatorum, quae in aeternum iuxta fidem sunt duratura, ut sunt omnes predestinati, & res probata Angeli, quam homines. Quorum etiam actionum successiva futurorum series, certum est, à parte post infinitum fore. Quod veritor in controvèrsiam est. An motus à parte antea infinitus, sive aeternus, sive carens principio fuerit possibilis; aut series aliqua entium successiva productorum à Deo per totam aeternitatem à parte antea, ita, quod nullum eorum fuerit primum, sed ante quolibet alia, & alia extiterint sine principio. Prima sententia negat, talen motum, aut seriem entium principio carensem esse possibilem. Quam tenent Soar. disp. 20. Metaph. sect. 6. Vazq. 1.p. disp. 3. q. 3. punct. 2. Tolet. lib. 8. Physl. q. 2. Rub. lib. 8. Physl. q. 3. Pet. Hurt. disp. 18. Physl. sect. 2. & 3. cum Durand. Sot. & alijs. Secunda vero sententia opposita affirmit. Quam tenent Vaz. 1. p. disp. 177. cap. 5. Pet. Hurt. lib. 15. Physl. cap. 13. Conimb. lib. 8. Physl. cap. 2. q. 6. & 7. Arriag. disp. 17. Physl. sect. 2. Ouid. contr. 19. Physl. punct. 3. Carlet. disp. 39. Physl. sect. 4. Lynce lib. 7. Physl. tract. 5. cap. 2. & alijs.

### Propositio I.

Possibile fuit, creaturam permanentem ab aeterno extitisse, à Deoque proinde ab aeterno productam fuisse.

Probatur primò. Quia non est alienum à perfectione creaturæ, fore eam in aeternum extitram, cum fide sanctum sit, multis creaturæ factis extituras esse in aeternum. Ergo neque est alienum à perfectione creaturæ, eam ab aeterno extitisse. Hoc igitur, sicut & illud, possibile, censendum est.

Secundo. Quia non est de ratione produci ab alio, quod in tempore incipiat; quandoquidem Filius Dei à Patre, Spiritusque sanctus à Patre, & Filio ab aeterno producuntur; vt Fides dicitur. Igitur potuit creatura produci à Deo ab aeterno.

Tertiò. Quia neque est de ratione produci ab alio, quod sit posterius suo principio secundum tempus. Sed sat est, quod illo sit posterius secundum originem, sive secundum causalitatem; ut patet in Verbo aeternaliter producto a Patre in omnibusque effectibus, quos causa producunt in primo instanti sua existentia. Igitur creaturam ab aeterno produci à Deo, ipsoque esse subinde dumtaxat causalitate posteriore, & simul semper tempore, possibile fuit.

Quatriò. Quia non repugnat, creaturam esse in omni loco, vt supra disp. 6. q. 7. statuimus. Ergo neque repugnat, creaturam esse in omni tempore, atque adeò ab aeterno.

Quintò. Quia Deus ab aeterno exercuit actus intellectus, & voluntatis non solum necessarios, sed etiam liberos, quos potuit non exercere; aliosque, quos exercere potuit, omisisti. Ergo & potuit ab aeterno exercere actiones prodigiosas creaturarum; quas non exercuit.

Sextò denique propositio probatur. Quia ex eo, quod aliqua creatura permanens extiterit ab aeterno, nulla sequitur contradicatio; vt ex argumentorum oponendorum solutione constabit. Id ergo possibile, à Deoque factibile fuit.

Opponitur etenim primò sic. Creatio rei est producio eius ex nihilo. Ergo nihilum, sive negatio rei prius tempore debet esse, quam ipsius existentia. Quod stare nequit cum eo, quod re extiterit ab aeterno. Distingo antecedens. Creatio rei est producio eius ex nihilo, id est, ex nullo subiecto presupposito; concedo; ex nihilo, id est, ex prævia negatione ipsius rei; nego. Et nego consequentiam. Ab aeterno quippe bene posset stare, vt res ex nullo presupposito subiecto producatur; vt constat.

Secundò opponitur. Si Deus produceret creaturam ab aeterno, ea semper esset, atque adeò nunquam posset non esse. Siquidem omne, quod est, quando est, necessario est. Et consequenter non liberet, sed necessario Deus illam produceret. Quod est absurdum. Ergo. Respondeo, si Deus produceret creaturam ab aeterno, fore, vt ea semper posset non esse, potentia antecedente, quod satis, superque esset ad Dei libertatem: tamen si nunquam posset non esse potentia consequente, quod nullatenus præjudicaret libertati Dei. Sic ut nulli liberati præjudicaret necessitas consequens, quam solum habet omne quod est, quando est, ex suppositione quod est.

Tertiò opponitur. Eternitas est attributum pro-

próprium Dei. Ergo nequit creatura communiciari. Respondeo, eternitatem per essentiam, & prorsus necessarium esse attributum proprium Dei creature incommunicabile: secus eternitatem per participationem, & contingentem. Hoc enim, sicut communicari potest creatura à parte post, ut confit ex fide, ita & potuit à parte ante communificari.

<sup>32</sup> Quartò opponitur. Deus non posset ab eterno corrumpere creaturam, quam ab eterno producere. Ergo necessitatus est ad illam per eternitatem conseruandam. Quod eius perfecto dominio derogare videtur; presertim in fentientia, quam nos amplexi sumus supra disp. 8. q. 3. de impossibilitate creature, quæ semel producta per tempus aliquod diuisibile sit essentialiter duratura; quin ante transactum illud possit corrumpi à Deo. Respondeo, Deum non posse corrumpere ab eterno creaturam, quam ab eterno produceret: atque adeo nec posse Deum producere ab eterno creaturam, quin det illi durationem aliquam eternam, sive infinitam à parte ante alicui temporis eterno, sive infinito à parte ante correspondentem: hoc enim ipsum est producere illam ab eterno. Quia tamen duratio ista tam collectiùne, tum diuisiùne sumpta accidentalis est creature: quia & tota illa, & qualibet eius pars, etiam suppositis alijs, posset creature carere: idcirco nulla talis creature necessitas praedividat dominio Dei; vt praudicaret necessitas creature essentialiter duraturam per tempus aliquod diuisibile ex suppositione, quod existeret. De qua loco citato. Addo, creaturam ab eterno productam à Deo, cuius eo ipso dici posset conseruata à Deo per eternitatem diuisiùne sumptam, hoc est, per omnes partes temporis à parte ante infiniti sumptus distributiūs dici tamen non posse conseruatam à Deo ab eterno, sive per eternitatem sumptam collectiū. Quia conseruatio connotat praesentiam creature in tempore antecedente; & nullum est tempus antecens eternitatem individuum sumptum; ut confit.

<sup>33</sup> Quintò potest opponi vrgentius. Si Deus produceret creaturam ab eterno, esset ea simul corruptibilis, & non corruptibilis ab eterno. Quod repugnat. Ergo, &c. Non est corruptibilis ab eterno: quia corruptio est negatio rei prius tempore praexistentis: & repugnat, fusse ab eterno negationem creature prius tempore praexistentis: cum ante rotam eternitatem nullum sit tempus: ut confit; apertamque preferat contradictionem, eamdem creaturam produci, & simul corrumpi ab eterno. Esset verò corruptibilis ab eterno: quia nullum omnino est totius præterita eternitatis instantis, in quo ea inciperet corruptibili est, & ante quod non posset corrumpi à Deo. Semperque proinde, sive in omnibus totius præterita eternitatis instantibus corruptibilis esset. Quod ipsum est, esse eam corruptibilem ab eterno. Respondeo, si Deus produceret creaturam ab eterno, nullatenus fore illam corruptibilem ab eterno: vt planè ostendit prima pars argumenti facti. Ad secundam autem, cuius illatio est falsa, dico, si Deus produceret creaturam ab eterno, fore quidem illam corruptibilem in omnibus instantibus præterita eternitatis distributiū sumptis: secus in omnibus collectiū. Quia nullum est instans totius præterita eternitatis, in quo non posset Deus illam corrumpere, supposita tamen semper existentia eius in infinitis anterioribus. Non tamen posset Deus corrumpere illam in tota instantium collectione; prout opus erat,

ut posset illam corrumpere ab eterno.

Sexto opponitur. Producatur stupia applicata igni ab eterno. Qui sane illam ab eterno comburere, corrumpereque non posset propter dicta n. præced. Combureret ergo in primo instanti, in quo posset: & simul non combureret; quia nullum est primum; nam, signato quouis, alius est prius, in quo combureret posset. Quod est implicitorum. Respondeo, nullum quidem esse instantis in quo posset ignis primò stupiam comburere: quia ante quodlibet datur aliud, in quo posset. Atque ita fore, vt Deus teneretur in calu positio determinare tempus, in quo esset ignis stupiam combustus. Ficeretque, vt in omnibus partibus temporis eterni anteriori violentia inferretur igni, quominus in eis stupiam combureret. Id enim decerneret Deus eo ipso, quod decerneret producere stupiam ab eterno applicatam igni. Sicut ex suppositione, quod Deus decernat producere stupiam igni applicatam in hoc instanti iam ultimò dispositam ad combustionem, decernit quoque, violentiam inferre igni pro hoc instanti, quominus in materiam stupream dispositam ultimò suam introducat formam. Solùm ergo esset Deo liberum, ex suppositione facta, eligere aliquam ex infinitis eternitatibus minoribus, & minoribus inclusis in eternitate integrâ à parte ante, in qua contra naturalem imperium ignis esset stupia ex decreto Dei persistuera. In quibus eternitatis electis partibus omnibus distributiū sumptis potens existeret ignis stupiam comburere, & corrumpere antecedenter; tametsi ex decreto Dei negandi ei concursum ad combustionem debitum consequenter impotens fieret.

### Propositio 2.

Motus successivus eternus, sive infinitus à parte ante possibilis est; atque adeo & qualibet series entium successivè fluentium à parte ante infinita, sive principio carens.

Probarunt primò. Quia possibilis est series successiva infinita à parte post; ut patet in serie à parte post nunquam finienda durationum, atque etiam cogitationum, ac volitionum Beatorum, cruciatu[m]que Damnatorum. Ergo possibilis etiam est series successiva infinita à parte ante.

Secundò. Quia non repugnat ens infinitè extensum localiter versus omnem partem iuxta dicta q. 5. Ergo neque repugnat ens infinitè extensum temporaliter versus omnem partem; hoc est, tan à parte ante, quam à parte post. De quo in propositione est sermo.

Tertiò. Quia hoc ipso, quod ens permanens potuit à Deo produci ab eterno, atque adeo per tempus à parte ante infinitum durare, ut proposit. I. statutum est; non potuit non esse possibilis series successiva à parte ante infinita durationum, eiusmodi entis partibus temporis à parte ante infiniti correspondentibus iuxta doctrinam ibi etiam suppositam, & latrius superius expositam disp. 8. q. 2. Talis ergo series non solum à parte post, sed etiam à parte ante infinita possibilis est.

Quartò. Quia tempus, quod imaginarium appellant, & circa dubium à parte ante infinitum est iuxta proposit. 25. statutam q. 2. in serie successiva essentialiter durationum possibilium quatenus talium consistit iuxta doctrinam ibi etiam suppositam, & latrius superius expositam disp. 8. q. 2. Talis ergo series non solum à parte post, sed etiam à parte ante infinita possibilis est.

**239** Quinto probatur propositio. Quia in eiusmodi seribus successiis, & à parte ante infinitis nulla implicatur contradicatio, ut ex solutione argumentorum, quæ oppositum intendunt, constabit. Possibiles igitur sunt; à Deoque subinde factibiles.

**240** Obijicitur tamen contra cas primò. De ratione infiniti est, quod sit impetransibile successiuè. Sed, si series successiva infinita à parte ante extisit, iam hodie tota ea successiuè transiſiet. Ergo & esset infinita; quia id supponitur; & non; quia pertransibilis successiuè. Respondeo, de ratione infiniti esse, quod sit impetransibile successiuè, procedendo versus illud latus, versus quod infinituè est. Quia ratione etiam series successiva à parte ante infinita impetransibilis est successiuè; quatenus partes eius successiuè accipienti, mentaliterque versus principium retrocedenti semper alia, & alia restabunt sine fine accipiendo iuxta infiniti definitionem Aristotelicam expositam supra q. 1. Quia reuera talis series nullum principium habet; eoque iure ab eo latere infinita, sive interminata, sive nonquam incipiens est. Ex quo patet, non esse contra infinititudinem à parte ante series successiva, quod physicè tota ea aliquando transferit; quia à latere, versus quod procedit, & transit, non infinita est, sed finita; ab altero autem latere, non quia non transit, sed quia non incipit, infinita est. Et quidem de tempore vique ad hodiernum diem transiſo & fuisse infinitum, qua ratione fuit, & nihilominus iam trahisse, negari non potest. Non ergo opponitur infinitudini à parte ante, quod ens illam habens trahit, si à parte post finitum est.

**241** Secundo obijicitur. Quæcumque ab æterno sunt, simul tempore necessariò sunt: quia, quod posterius tempore est alio quopliam, nequit esse ab æterno; cum supponat ante se præcessisse tempus; & nullum tempus possit præcedere eternitatem. Sed partes motus, alterius ve series successiva quatenus nullatenus possunt simul tempore esse, ut constat. Ergo nec motus, nec vla-alia successiva series possunt esse ab æterno. Hic est cauenda equivoatio, qua solent aliqui præpediri; eo quod perperam loquuntur. Nos non asserimus, neque ab illo est assertendum possibile, quod motus aliquis, aut series aliqua successiva sit ab æterno. Hoc enim manifeste repugnat, ut argumentum factum demonstrat. Sed asserimus, ab omnibusq; nostram sententiam amplectentibus assertendum est, possibilem esse motum æternum seu infinitum à parte ante: seriesque alias successivas similes à parte ante æternas, seu infinitas, seu principio carentes. Quod est valde diuersum. Ex quo patet, per argumentum factum nihil praestari contra nos.

**242** Tertio obijicitur. Si Cæli motu circulari infinito à parte ante mouerentur, ab æterno producti à Deo essent, ut constat. Si enim inciperent existere in tempore: & moueri inciperent in tempore; atque adeò motu à parte ante non infinito contra ipsi positionem. Deberent igitur à Deo produci ab æterno sub aliqua determinata præsentia; nam præsentia indeterminata, & vagè reipsa sunt impossibiles. Quia præsentia necessariò per eternitatem duraret; cum non posset ab æterno corrumpi, sed solum in tempore iuxta dicta circa proposit. 1. Vnde fieret, ut à tempore corruptio-nis talis præsentie, & non antea posset motus incipere; infra-utque proinde à parte ante esse non posset contra suppositionem. Respondeo, si Cæli motu circulari æterno, seu infinito à parte ante,

mouerentur, fore vtique, vt illi non sub una aliqua determinata præsentia, sed sub infinitis successiue fluentibus determinatisque producerentur; huc & sub infinitis durationibus infinitis partibus temporis correspondentibus. Ut enim creatura cuilibet producatur ab æterno necessariò deberet Deus communicare seriem successiuan durationem à parte ante infinitam, & seriei partium eternitatis, seu temporis à parte ante infiniti correspondentem; id namque fert necessariò secundum productio creatura ab æterno iuxta doctrinam scientiam circa proposit. 1. Ita Cælis ab æterno productis liberè Deus posset communicare seriem successiuan, & circularem præsentiarum à parte ante similiter infinitam, qua eos motu circulari æterno, seu infinito à parte ante moueret. In hac siquidem præsentiarum serie infinità nulla maior, quam in illa durationum, est excogitabilis repugnativa.

Quarto obijicitur. Si mouerentur duo mobilia motibus rectis à parte ante infinitis, & citra dubium possibilibus iuxta sententiam nostram, alterum quidem ab Oriente versus Occidentem, & alterum ab Occidente versus Orientem per eamdem lineam rectam spatij localis vtrinque infinitam. Ea vtique & deberent sibi obuiam occurtere: quia distanca localis, qua in quouis temporis instanti inter se ante occursum distarent, semper esset finita, utpote terminis clausa; atque adeò motu ipso amborum transibili; & non deberent: quia non esset, cum potius in hoc instanti, & in hoc spatio locali, quam in alio quoquis sibi occurrerent. Rursus si alterum dictorum mobilium duplo velocius, quam alterum, moueretur, spatium duplo maius, quam alterum, antequam sibi occurrerent, necessario transiret: aliunde vero non transiret: quia tale spatium est impossibile. Siquidem linea vtrinque infinita per nullum punctum est divisibilis, ita, ut vna pars divisionis dupla sit altera; eo quod, detracita à parte majori portione infinita equali parti minori, portio majoris, qua superest, semper necessariò est finita, utpote clausa terminis, iuxta doctrinam statutam quæst. 28. proposit. 28. Respondeo ad priorem argumenti partem, supposito, quod linea spatij localis vtrinque infinita, & transiens per centrum spatio temporali, sive temporis vtrinque etiam infinito equalis quoad extensionem sit, ut tanquam valde consequaneum statuimus q. 2, proposit. 27. si duo mobilia per talera lineam etenim à parte ante motibus cum equalis, cum medius velocitatis mota essent, ita, quod vnumquodque eorum in singulis instantibus temporis singula puncta spatij localis percurreret, fore vtique, ut illa tum in centro totius spatij localis, tum etiam in instanti medio, sive centro totius temporis sibi occurrerent, iuxta dicta de huiusmodi centris proposit. 27, citata: quia vnumquodque eorum in eodem dimidio rotius temporis suum dimidium spatij linealis iuste percurreret; proindeque non possent non singuli concurrere, atque adeò sibi occurrere tum in instanti bifariam diuidente rotum tempus, tum in puncto bifariam diuidente rotum dictum spatium lineale. Quod si vero dicta duo mobilia per integrum eternitatem à parte ante considerentur moueri aut motu tardiori medio, ita, ut singulis punctis spatij bina instantia temporis correlativeant; aut motu velociorii medio, ita, ut singulis instantibus temporis correlativeant bina spatij puncta; ut sic eiusmodi integrum eterni motus impossibiles erunt: quia neque erit ullum infinitum continuum punctorum spa-

tij,

tij, quod non sit infinitè maius, atque adeò non congruens infinito binariorum instantium temporis; neque erit ullum infinitum continuum instantium temporis, quod non sit infinitè maius, atque adeò non congruens infinito binariorum partium, spatiū iuxta doctrinam demonstratam q. 2, proposit. 28. Dico autem integrōs predictos motus impossibilēs esse: quia qualibet eorum partes finitas, distributiue sumptā possibles erunt. Nam binaria indiuisibilium temporis singulis indiuisibilibus spatiū, & binaria indiuisibilium spatiū singulis indiuisibilibus temporis in quolibet numero finito bene congruere poterunt; prout ad naturam dictorum motuum circa eorum infinititudinem possibilium requisitum est. Ex quo patet ad posteriorē argumenti partem, etiam esse impossibile, quod alterum praedictorum mobilium duplo velocius, quam alterum, moueretur per integrā aternitatem; et si per eius quamlibet partem finitam moueri posset. Quo cessat contradic̄tio illata.

**344** Quintō obiectur. Omnes partes motus aeterni sunt motus. Sed de ratione motus est amissio presentia in spatio relinquendo per motum. Ergo ante omnes partes motus aeterni habuit mobile praesentiam aliquam in spacio relinquendo per motum. Ergo talis praesentia fuit omnium primis, atque adeò series praesentiarum, partiumque motus terminatarum ad illas non potuit esse infinita, contra suppositionem. Concessa maiore, & minore, distingo primum consequens; ante omnes partes motus aeterni distributiue sumptas habuit mobile praesentiam aliquam in spacio relinquendo per motum; concedo; quia nulla est pars motus aeterni, antequam non fuerit mobile sub aliā praesentiā in alio spatio: ante omnes partes motus aeterni collectiue sumptas, nego. Et nego secundam consequentiam. Quia ante totam collectionem praesentiarum, & partium motus nulla praesentia, nullaque pars motus datur, aut dubilis est. Infieres. Ergo integer motus aeternus indiuisim sumpitus non est motus. Distingo: non est motus ratione sui, quatenus per illum ut sic non transterritur mobile de uno spatio ad aliud; transferat: non est motus ratione partium, per quarum singulas transfertur mobile de uno spatio ad aliud nego. Et hoc ad evidentiam motus est sat. Id quod eriam cernitur in motu circulari tum circuli, qui indiuisim sumpitus non transfertur de uno spatio ad aliud, & nihilominus moueri dicitur ratione partium, quarum singulae per talem motum de uno spatio transeunt ad aliud; tum cuiusvis indiuisibilis, quod per omnes partes sui motus circularis indiuisim acceptis de uno spatio ad aliud non transfertur; cum tamen transferatur per singulas.

**345** Sexto obiecti potest. In motu aeterno à parte anteā cuiusvis partis corruptionem praecedit ipsa pars, & quamlibet partem praecedit corruptio alterius partis. Ergo aggregatum omnium partium prius est tempore, quam aggregatum omnium corruptionum, & vicissim hoc prius, quam illud. Quod repugnat. Si autem dicatur neutrū procedere alterum; erunt simul tempore. Quod etiam repugnat: quia opponuntur contradictoriē. Respondeo: ante omnes corruptiones distributiue acceptas praecedere partes, quarum sunt corruptiones; & ante omnes partes etiam distributiue acceptas praecedere corruptiones alias partium; neutrū tamen dictorum aggregatorum collectiue sumpsum praecedere alterum: quia ante neutrū ut sic datur capacitas vlla aut corruptionis, aut partis. Nec inde fit, talia ag-

gregata ut sic esse simul in eodem tempore, prout opes erat, ut contradictoriē pugnarent; non enim sunt. Sed in duobus aggregari partium temporis diversarum. Quozum tamen etiam singule partes comparatae inter se suas habent posterioritates, & prioritates; neutrū tamen collectum sumpsum præcedit alterum: quia, cum utrumque à parte ante sit infinitum, ante neutrū præcedit vlla capacitas temporis anterioris. Id quod de conceptu omnium aggregatorum partium temporis à parte ante infinitorum est: ut cernere est in duobus aggregariis à parte ante infinitis, & inter se adaequate diffindiis altero horarum, & altero semihorarum, in quā totum tempus à parte ante infinitum dividī potest, si alternatiue sumuntur ante quamlibet horam semihora, & ante quamlibet semihoram altera hora, & sic deinceps.

**346** Septimō denique potest objici. In serie successiva à parte ante infinita nulla est pars, qua non primo existit in aliqua parte temporis. Ergo nulla est pars, ante cuius existentiam non præcessit existens, sive infinitum tempus. Ergo nulla est pars, cuius negatio non præteriterit ab aeterno, seu per veritatem, seu per tempus infinitum à parte antea. Ergo, cum eiusmodi aeternitas, seu tempus infinitum omnino sit plenum partibus praedicta seriei, ut supponitur, ita, ut nulla sit omnino pars temporis, cui pars seriei non corresponeat; nam alias non esset hæc infinita contra suppositionem; concluditur alias partes talis seriei cum suis negationibus in eisdem partibus temporis debere necessariō concurrere. Quod tamen impossibile est. Cum quodvis ens, & eius negatio contradictoriē opponantur relate ad idem tempus, ut constat. Concessis reliquis, nego ultimam conclusionem. Nam cum eo, quod tempus infinitum à parte ante ita sit plenum partibus praedicta seriei, ut nulla pars temporis sit, cui pars seriei non corresponeat, sicut bene coheret, quod nulla sit pars totius seriei concurrens in eodem tempore cum aliqua aliā ex praecedentibus in infinitis partibus temporis anterioribus; ita quoque bene coheret, quod nulla sit pars totius seriei concurrens in eodem tempore cum negatione sui in eisdem partibus temporis anterioribus præexistente.

### QVÆSTIO VII.

*Virūm infinitū aliquod extensionis secundūm seriem causalitatis possibile sit,*

**347** Est dicere, an sit possibilis aliqua series causarum, & effectuum infinita aut à latere, quo ascendit versus causas, ita, ut hæc causetur ab aliā, & hæc ab aliā, & hæc ab aliā, &c. aut à latere, quo descendit versus effectus, ita ut hic causet aliū, & hic aliū, & hic aliū, &c. aut ab utroque latere.

Suppono primum tanquam certum secundūm fidem, & eidem secundūm rationem ex dictis disp. i.q. 2. 6. & 7. impossibile omnino esse, quod detur series causarum ad æquatarum, & effectuum extensa versus ipsas causas in infinitū. Necesse quippe est dari unam causam adæquatam primam, à qua tanquam à primo fonte omnium causarum cetera omnes cause sive adæquate, sive ina-

## Tractatus VI. De Deo uno.

422. IV. Tractatus VI. De Deo uno.

inadequata cum omnibus suis effectibus procedant. Hæc autem ipse est noster Deus opt. max. 249. Suppono secundò etiam ut certum contra Durand. causam primam, sive Deum necessariò concorrere simul cum omnibus causis secundis ad suos effectus producendos. Atque idcirco causas effectivas secundas etenim semper, & necessariò esse inadequatas, quatenus nullum effectum, causare possunt, nisi adiutor à Deo simul cum illis concurrente, Dicitur. In hoc modo dicitur quod omnia ab eo ab aliis proceduntur.

250. His postis, quod in presenti querimus est, an sit possibile series causarum secundarum, & effectuum infinita tam versus causas ipsas, ita, quod nulla intra genus secundarum sit prima, quæ ab alia non procedat; quam versus effectus, ita, quod nullus sit ultimus, à quo non procedat aliud. Idque sive infinita ciuiusmodi causationes successivæ, atque adeò in partibus temporis aut à parte ante, aut à parte post infinitis; sive simul, atque adeò in eadem parte temporis peragantur. Vnde con sequenter inquiritur, an series generationum à causis temper secundis oriundarum aeterna, sive infinita à parte ante esse potest; ita, quod nulla fuerit causa secunda generans aliam, quæ prius non fuerit ipsa genita ab alia anteriori etiam secundâ.

251. Greg. Gabr. Ocham, & Caiet. apud Rub. lib. 8. Physic. q. 4. opinantur, non repugnare series infinitam generationum ab aeterno procedendum per naturalem propagationem. Quibus specie tenuis videtur consentire Caslet. disp. 39. Phys. sect. 4. n. 10. sed reuera pro sententiâ comitanti opposita stat. Quam tenet Rub. ibi, Comit. q. 7. Vaz. p. disp. 17. Phys. sect. 1. Quidam contr. 19. Phys. punct. 2. & alij communiter.

In hoc modo dicitur quod omnia ab eo ab aliis proceduntur.

Propositio 1.

252. Series causarum secundarum versus ipsas causas infinita, ita, quod hæc procedat ab aliâ, & hæc ab aliâ, & hæc ab aliâ, & sic in infinitum, quin detur vila prima, procedens à solo Deo, impossibilis est.

Nam, vt arguebamus in simili disp. 1. q. 7. eo ipso, quod vnaque creatura talis seriei ab aliâ cùdē est facta, & tota collectio creaturarum ipsius est facta ab aliquâ eiusdem; quæ proinde à se ipsâ mediata est, aut immediate est facta quoad primum sui esse. Quod plane repugnat. Vel aliter clarius. Tota collectio creaturarum dicitur seriei, cùm estet quid creatum, necessario libet esse à Deo. Sed non posset esse à Deo se solo operante; quia supponimus, Deum circa talē collectionem nihil praestare, præterquam adiuuando creaturas ipsius ad suos effectus efficiendos. Nec posset esse à Deo ita adiuvante aliquam, aut alias creaturas eiusdem collectiōnis; qui tales creature concurrendo simul cum Deo ad primam effectiōnem talis collectiōnis, & ad primam sui effectiōnem concurrente necessariō; cùm sint partes eius. Quod tamen impossibile est, Igitur tota collectio creaturarum dicta seriei nullatenus estet à Deo; cùm tamen quid creatum estet. Quod est chymaricum.

Hinc plane colligitur, impossibile est series generationum aeternam, sive infinitam à parte ante, & procedentem secundum naturalem causarum secundarum propagationem, v.g. seriem

hominum, quorum hic ab alio genitus fuerit, & hic ab alio, & hic ab alio, & ita ascendendo absque ullo fine, sive absque eo, quod fuerit ultimus homo primus à Deo solo immediate factus, & à nullo alio homine genitus. Contra hanc modi siquidem series militat argumentum factum, ut constat. Quod si verò sit homo primus à Deo solo immediate factus, à quo series generationum subordinatarum inchoetur, ita, ut talis homo primus generet secundum, & secundus tertium, & tertius quartum, & sic deinceps; iam talis series à latere, versus quod ascenditur causarum generantium, non poterit non esse finita, ut ipote ab eo larere terminata sive habens principium. Nec refert, quod ille primus homo fuerit à Deo ab aeterno factus. Nam vel generaret ille secundum hominem divinitus ab aeterno; (naturaliter enim nullatenus posset, ut constat) & secundus tertium similiter ab aeterno; & tertius quartum; & sic deinceps. Atque ita ab aeterno est, in eademque subinde mensura temporis series quædam generationum à parte anteriori finita, & ordinata secundum ordinem solius originis, non verò temporis. Si vero aliquando dictarum generationum esset in tempore, post eamque sequentur alia, & alia successivæ sive ordine, ab ea vlt. que inciperet alia series successiva generationum, quæ non posset non à parte ante, & versis latutis causarum generantium esse etiam finita, ut constat.

Aliud est, si creatura aliqua ab aeterno producta à Deo, ab ipsoque aut naturaliter, aut supernaturaleiter adiuta in omnibus, & singulis partibus aeternitatis, seu temporis à parte ante, infiniti singulas alias successivæ generaret creaturas. In tali enim casu series quædam generationum aeterna sive infinita à parte ante circa omnia repugnantia daretur. Quæ tamen subordinata non essent secundum ordinem originis, sive causarum, cui repugnat infinitudo, prout constat ex dictis; sed tantum secundum ordinem temporis, cui non repugnat iuxta dicta quæst. 6. proposit. 2. Quia eiusmodi generationes, sive creaturae genita non procederent alia ab alijs in infinitum, in quo stat repugnantia; sed omnes ab una successivæ, quia daretur prima, quod non magis repugnat, quam, si procederent sic à Deo, atque ita talis est pertinens ad dictam proposit. 2. q. 6.

Propositio 2.

Series effectuum subordinatorum secundum ordinem originis à latere tantum ipsorum effectuum infinita, ut si creatura aliqua facta à Deo producat aliam, & hæc aliam, & hæc aliam, & ita deinceps sine fine, ex nullo capite repugnat. Idque sive talis series simul, & in eodem tempore virtute diuinâ peragatur, sive successivæ sit peragenda in tempore post infinito.

Ratio est: quia ex nullo capite in eiusmodi serie effectuum quousque ex duobus dictis modis facta, aut facienda involvitur, aut ipsi annectitur aliqua contradic̄tio; ut satius superque ex se nonum est.

QVÆ.

## QUÆSTIO VIII.

*An sit possibilis creatura infinita quoad quantitatem metaphysicam. Et qua ratione.*

256 **Q**uantitatem metaphysicam per æquivalentiā quādā habere ea omnia rerū p̄dīcēt, quæ, sicut physice sunt indiuisibilia, suscipere nihilominus dicitur magis, & minus, vt esse bonum, perfectum, potens, &c. sive bonitas, perfectio, potentia, &c. supra q. 1. ex alibi etiam dicitur tradidimus, & explicauimus. Quārū nūc, ac eiūmodi quantitas in aliquo ente creāto possit esse infinita, ita, quod illud sit infinitē bonum, aut perfectum, aut potens, &c. tamē illud aut prorsus nullam, aut finitam, quantitatem physicam habeat. Quām quidem, quæstionē a nemine vidi tractari; aut determinari vniuersē. Tamē multi Theologi pro parte affirmatiū cius stāre videantur re ipsā; dum sepe affīrmant, sive supponunt, esse possibilem, inīo & existentem de facto creaturām aut indiuisiblēm, aut finitam physicē, cuius quantitas metaphysica vel perfectionis, seu bonitatis, vel etiam virtutis, seu potentiae major sit ēa, quā reperitur in inuititudine infinita aliarum creaturārum. Quām quidem creatura, quoad talēm sive metaphysicam quantitatēm non potest non esse infinita iuxta doctrinā statutā nō nobis supra q. 2. prop̄posit.

257 **S**uppono ex dictis in Phāro Scient. disp. 16. atque etiam supra disp. 10. q. 3. prop̄posit. 11. tum entia inter se dissimila, atque adeo diuersae (specie); tum etiam entia similia, atque adeo eisdem specie vel æqualia esse posse, vel inæqualia quoad quantitatēmetaphysicam; quia neque dissimilitudo opponit æqualitatē, vt cernitur in quadrato & triangulo æqualibus; neque similitudo inæqualitatē, vt patet in duobus circulis inæqualibus. Multoque minus dissimilitudo inæqualitatē, & similitudo æqualitatē opponuntur, vt etiam apparet in quadrato, & triangulo inæqualibus, & in duobus circulis æqualibus.

258 **D**einde suppono, idēm ens penes diuersa genera prædicatorum suscipientium ex conceptu suo magis, & minus, quæ haberet, diuersa genera quantitatēmetaphysicarum sortiri. Aliam enim quantitatēmetaphysicam habet ens quatenus bonum; aliā quatenus potens tali potentie genere; aliā quatenus potens alio genere potentie, &c. Vnde sit, vt eadem duo entia quoad vnum genus quantitatēmetaphysicā possint esse inæqualia; & quoad aliud æqualia. Possunt enim esse inæqualia quoad virtutem, seu potentiam aliam, & æqualia quoad bonitatem, aut vice versa, &c.

259 **S**uppono præterea, in hac q. solum esse sermonem de creaturās, sive de entibus creatis aut nullam habentibus physicam quantitatēm; quia physice sunt indiuisibilia, vt Angeli; aut habentibus quantitatēmetaphysicam finitam, vt aqua, vel aer; vel ignis habens finitam extensionem, aut numerus quorumvis entium confians finitis unitib⁹. Ens quippe creatum infinitum quoad quantitatēmetaphysicam, vt aqua, vel aer, vel ignis infinitē extensis, aut multitudine infinita quorumvis entium, eo ipso necessario habet etiam quantitatēmetaphysicam infinitam: quia singulæ eius partes aliquotæ necessariō habent aliquotam aliquam bonitatem, sive perfectionem,

aut virtutem, sive potentiam, quæ nequit non infinita metaphysicē euadere; cū tales partes quoad multitudinem sūt infinita, iuxta prop̄posit. 10. q. 2. Itaque de creaturis sive entibus creatis aut nullam, aut finitam physicam quantitatēhabentibus erit dumtaxat sermo deinceps in præsenti q. 1.

## Propositiō 1.

Existimō, possibilem esse creaturam infinitam quoad quantitatēmetaphysicam in aliquo gēnere.

Quia talis citra dubium erit creatura, quæ fuerit æqualis quoad quantitatēmetaphysicam alicuius generis, cuius multitudini infinita aliarum creaturārum, potioreque iure, quæ fuerit maior; vt constat ex doctrinā statutā q. 2. prop̄posit. 35. Eſe autem possibilem talēm creaturā, inde mihi suadeo primō; quia, sicut possibile est vnum quantum physicum infinitum coalescens formaliter ex infinitā multitudine aliorum quantorum physicorum, iuxta doctrinā statutā q. 5. ita cēdendum est possibile vnum quantum metaphysicum infinitum coalescens æquivalenter ex infinitā multitudine aliorum quantorum metaphysicorum; qualis est haud dubiē creatura quoad quantitatēmetaphysicam æqualis, aut maior infinitā multitudine aliarum. Secundō, quia eo ipso, quod est possibilis multitudo creaturārum infinita, quantumque etiam physicum infinitē extensem iuxta doctrinā statutā q. 4. & 5. non potest non esse possibilis bonitas, aut perfectio, aut virtus aliqua infinita in ipsis creaturās, in ipsisque partibus talis quanti reperta, utpote cum aggregato infinito eorum realiter identificata. Ergo infinitudo quantitatēmetaphysicā enti creāto, quale est ēa, tale aggregatum, ex conceptu entis creāti repugnans non est. Poterit ergo illa etiam in ente creāto aut indiuisibili physicē, aut physice finito inueniri. Quod ipsum est, esse possibilem creaturā, de qua tractamus, quoad quantitatēmetaphysicam alicuius generis infinitam.

Tertiō; quia ex terminis videtur certum, es ē possibilem creaturā aut æqualē, aut magis estimabilem, quam aggregatum infinitum aliarum creaturārum, arque adeo maiorem bonitatem, sine perfectionem habentem, quam illud. Imo defacto quemlibet ex supremis Angelis quidpiam nullius, arque adeo melius, sive perfectius esse, quam infinitum aggregatum arenularum terra, aut indiuisibilium materiae primæ, ex se videatur manifestum. Visionat itidem beatificam esse æstimabilem, amabilemque, arque adeo meliorē, quam aggregatum infinitum sensuum materialium, aliorumne longe inferiōris notæ accidentium non videtur negabile. Sicut neque quod vno hypostatica sit melior, quam infinita vniōnes materiæ, & formæ, & vnu gradus gratiæ melior, quam infiniti gradus coloris. Possibilis ergo est, imo defacto datur creatura aut æqualis, aut etiam maior quoad quantitatēmetaphysicam bonitatis, seu perfectionis, quam infinita multitudine aliarum creaturārum, & consequenter infinita quoad talēm quantitatēm. Quartō denique; quia ex æqualitate creatura quoad quantitatē aliquam metaphysicam cum multitudine infinita aliarum creaturārum, arque adeo ex illius infinitate quoad talēm quantitatēm nulla sequitur contradic̄tio, vt ex solutione argu-

men-

mentorum, quæ opponi possunt, apparebit. Possibilis ergo censenda creatura est quoad aliquam quantitatem metaphysicam infinitis alijs æqualem, aut etiam maiorem; atque adeo infinitam in se.

**261** Obijci tamen potest primo contra propositionem. Solius Dei est proprium, esse infinitum quoad bonitatem, quoad perfectionem, quoad potentiam, quoad aliaque huiuscmodi prædicata metaphysicæ quanta. Igitur infinitudo quoad illa nequit creatura communicari. Respondeo, solius quidem Dei esse proprium, esse infinitum, quoad prædicata dicta infinitudine omnimodâ, & increatâ; non verò item aliquali creatâ; quali eratur potest competere infinitam ita. Itaque Deus quoad bonitatem, seu perfectionem ita est infinitus, vt & omnium omnino creaturarum possibilium perfectionem infinitè excedat, & prater infinitam suam, totam illam insuper in se eminenter continet abesse vilâ penitus imperfectionum earum, cum quibus in creaturis ipsis est mixta; adeo, vt Deus quid infinitè perfectius, melius, & estimabilius sit; quam coniunctum ex Deo ipso, & creaturis. Quod totum insuper Deus per essentiam, sive à se, & non per participationem habet. Pariterque venit dicendum de infinitate omnipotentie, aliorumque prædictorum Dei. A quibus infinitatibus licet longissimè absit creatura; non est tamen nihil minus, cur ei possibilis negetur aliqua infinitas creata, sive per participationem aut bonitatis, seu perfectionis, aut potentie, seu virtutis, aut alicuius huiuscmodi prædictorum quantorum metaphysicæ. Et quidem, si non repugnat creatura infinitudo aliqua quoad durationem, & quoad præsentiam localem, atque adeo aliqua aeternitas, & aliqua immensitas participata, et si ei repugnet aeternitas, & immensitas propria Dei; ut cum communi Theolorum sententia statuimus disp. 6. & 9. cur repugnat creatura infinitudo aliqua quoad bonitatem, seu perfectionem, aut quoad potentiam, seu virtutem, &c. et si ei repugnet infinitudo propria Dei quoad eiusmodi prædicta?

**262** Secundò obijci potest. Infinitudo secundum essentiam solius Dei est: neque vilâ omnino potest convenire creatura. Sed infinitudo quoad bonitatem, quoad perfectionem, quoad potentiam, quoad aliaque huiuscmodi prædicata essentialia, sive essentia rerum annexa infinitudo est secundum essentiam. Igitur talis infinitudo soli Deo, non item vilâ creature convenire potest. Respondeo, supposito, quod infinitudo secundum quantitatem metaphysicam infinitudo secundam essentiam loquendo vniuersi dicenda veniat, prout supra q. 1. explicauimus, quo sensu adstruitur à nobis possibilis creatura infinita, secundum quantitatem metaphysicam, eadem, & non alio, posse quoque adstrui possibilis creatura infinita secundum essentiam. Tametsi fortasse expediens non sit, isto loquendi modo, vii absolute iuxta dicenda latius infra disp. 14. q. 5.

**263** Tertiò obijci potest. Si est possibilis creatura quoad quantitatem metaphysicam alicuius generis infinita, prout à nobis adstruitur, multa creatura ex existentibus tales erunt defacto. Quia, multæ ex existentibus citra dubium sunt æquæ bona, aut etiam meliores, sive estimatione digniores, quam aliqua multitudo infinita aliarum creaturarum. At absurdum videtur, defacto admittere in rerum naturâ creatam aliquam infinititudi-

nem metaphysicam; quando apud omnes certum est, physicam nullam defacto dari. Ergo, &c. Concessa maiore; nego minorem. Quia non est absurdum, dari defacto creatam aliquam infinitudinem metaphysicam, quæ per æquivalentem solidum est talis. Tametsi nulla detur physica, quæ formaliter talis esset. Et quidem, dum argumentum supponit, dari defacto creaturam æquæ, aut magis bonam, quam infinitam aliarum multidinem, pro nobis est. Nam eam ipsam creaturam dieimus nos infinitam quoad quantitatem metaphysicam; & optimo iure propter doctrinam datam supra q. 2. proposit. 3.

### Propositio 2.

Possibile est, vt intra eamdem speciem **264** alia sint creature infinitæ, & alia finitæ quoad quantitatem aliquam metaphysicam.

Quia, vt possunt individua inter se similia, atque adeo eiusdem speciei physicæ (de qua solum, non de logicâ est sermo in totâ hac quest. iuxta divisionem eorum datum supra disp. 12. q. 6.) esse inæqualia quoad quantitatem aliquam metaphysicam excessu finito iuxta dicta suppositione prima, ita quoque videntur posse esse inæqualia excessu infinito. Quia in hoc p̄r illo specialis aliqua repugnantiæ necunde cernitur. Individuum autem unius speciei infinitum metaphysicæ potest esse vel, quod æquale est, aut maius infinitis alijs individuis eiusdem speciei, vel, quod æquale est, aut maius infinitis individuis alterius speciei inferioris nota. Vtrumque enim videtur possibile. Et secundum citra dubium à primo separabile est. Quia bene potest individuum unius speciei esse metaphysicæ æquale, aut maius infinitis individuis alterius speciei inferioris nota, quin se æquale, aut maius infinitis individuis propriis speciei eo quod hæc aut longè, aut infinitè maiorem, quam illa, quantitatem metaphysicam habent.

Porro quoties intra eamdem speciem alia **265** creature possibles sunt infinitæ in se metaphysicæ, & alia finitæ, non possunt non esse infinitæ multitudines vtrarumque iuxta doctrinam statutam q. 3. Insuper, quia vnaquaque creatura in se infinita metaphysicæ eo ipso est æqualis, sive æquivalentes infinitæ multitudini aliarum iuxta superius dicta, & quævis multitudine infinita ex infinitis alijs minoribus multitudinibus infinitis composta est iuxta doctrinam demonstratam q. 2. proposit. 16. consequitur, semel concepsa una creatura possibili metaphysicæ in se infinita, infinitas venire concedendas intra eamdem speciem: quoniam non est, cur sit possibilis una æquivalentes multitudini infinita aliarum majori, & non sint possibilis infinita æquivalentes infinitis multitudinibus minoribus inclusis in illa. De quo plura q. 9. proposit. 4.

### Propositio 3.

Possibilis est species creaturarum, cuius **266** omnia omnino individua quoad aliquam quantitatatem metaphysicam infinita sint.

Quia possibilis citra dubium est essentia specifica, adeo bona, sive perfecta, vt quodvis omnino individuum eam essentiam habens eo ipso

ipso sit etiam, aut magis bonum, sive perfectum, quam infinita multitudo individuorum aliarum specierum exiguum valde bonitatem, sive perfectionem habentium; qua proinde essentia specifica in quouis individuo reperta infinitam bonitatem, sive perfectionem habebit iuxta doctrinam supra statutam quæst. 2. proposit. 35. Imo vero credibile valde est, tales species de facto dari. Quia credibile est, quamlibet essentiam specificam superemorum Archangelorum in quouis individuo repertam perfectorem, meliorem, atque estimabiliorem esse quavis infinita multitudine, aut areolarum terræ, aut gutarum aquæ, aut individuum materiæ primæ, aut aliorum individuorum eiusmodi.

<sup>267</sup> Quomodo autem intra quamlibet dictatum speciem, quarum omnia individua quoad aliquam quantitatem metaphysicam infinita infestunt, multitudo eiusmodi individuorum sit infinita, ex dictis circa propositionem precedentem est manifestum.

#### Propositio 4.

<sup>268</sup> Possibilis est species creaturarum, cuius omnia individua quoad omnem quantitatem metaphysicam finita sint.

Quia inter species, quarum aliqua individua sunt metaphysicè finita (quas esse possibles constat ex proposit. 2.) possibiles citra dubium sunt aliqua, quarum omnia individua ita sunt inter se similia, ut etiam sint inter se metaphysicè vel equalia, vel se excedentia excessu dumtaxat finito: quia non est, unde repugner, omnia individua alicuius speciei esse equalia, ut sunt similia, aut si inæqualia, talia esse pene excessus tantum finitos. (Est autem semper sermo de individuis aut individuilibus, aut finitis quoad quantitatem physicam iuxta suppositionem tertiam). Ergo possibilis est species, cuius omnia individua sunt metaphysicè finita. Pater consequentia. Quia non possunt non esse finita omnia individua, quorum aliqua sunt finita, in casu, quod sunt omnia equalia, aut se excedentia excessu tantum finito, ut est manifestum. Tales autem fortassis sunt species terra, aquæ, aeris, lapidum, aliorumque similium entium corporeorum, & non viventium. Aut certe aliæ citra dubium possibiles longe inferioris nota, ut materiæ primæ, aliorum accidentium materialium, &c.

<sup>269</sup> Intra quamlibet autem istarum specierum tam individuorum equalium, quam inæqualium erit multitudo infinita; ut ex dictis in precedentibus colligere est.

#### Propositio 5.

<sup>270</sup> Possibile est, ut intra idem genus creaturarum aliæ sint species infinita, & aliæ finita quoad quantitatem metaphysicam.

Propositio hæc, suppositis precedentibus, certa prorsus est. Quia certum est prorsus, intra genus substantiæ contineri species illas, quarum omnia individua sunt infinita quoad quantitatem aliquam metaphysicam, de quibus proposit. 3. & species illas, quarum omnia finita sunt, de quibus proposit. 4. Priora autem non possunt non quoad ta-

lem quantitatem esse à parte rei infinitæ, & posteriores finitæ, utpote cum suis individuis à parte rei identificatæ. Et quidem longe facilius est, ut per se patet, alias species infinitas, & alias finitas metaphysicè sub eodem genere contineri; quam alia individua infinita, & alia finita metaphysicè contineri sub eadem specie. Sed hoc secundum est possibile iuxta proposit. 2. Ergo illud primum longe potiore iure possibile censendum est.

#### Propositio 6.

Possibile est genus creaturarum, cuius <sup>271</sup> omnes species quoad aliquam metaphysicam quantitatem infinitæ sint.

Tale enim esse videtur genus (seu prædicabile mixtum iuxta dicta in Pharo Scient. disp. 17.) substantiæ rationalis, utpote quod ex suo conceptu in omnibus suis speciebus reperto aut etiam aut magis perfectum est videtur, quam multitudo infinita aliorum entium exiguum valde perfectionem habentium iuxta dicta in simili proposit. 3. Etenim creatura rationalis, atque adeò intellectu, & libera ex prædicato substantiæ rationalis precisè videtur citra dubium habere maiorem estimabilitatem, maioremque subiectum bonitatem, seu perfectionem, quam habet multitudo infinita aut aliquorum accidentium materialium insimile nota, aut individuilibus materiæ primæ, aut aliorum huiuscmodi entium. Quod ipsum est, prædicatum substantiæ rationalis, ut sic infinitè perfectum esse iuxta proposit. 35. saepe citatum ex q. 2. Et consequenter omnes species tale prædicatum habentes ab illo euadere in se infinitas quoad quantitatem metaphysicam bonitatis, seu perfectionis.

#### Propositio 7.

Possibile est genus creaturarum, cuius <sup>272</sup> omnes species quoad omnem quantitatem metaphysicam finita sint.

Quoniam, ut arguebamus in simili proposit. 4. inter genera creaturarum, quorum aliqua species sunt metaphysicè finita (quæ possibilia esse constat ex proposit. 5.) possibilia citra dubium sunt aliqua, quorum omnes species sunt inter se, vel metaphysicè aequales, vel tantum se excedentes excessu finito: id namque ex nullo capite repugnare videtur. Ergo possibile est genus, cuius omnes species sunt metaphysicè finita. Consequentia est evidens. Quia non possunt non esse finita omnes species, quarum aliqua sunt finita, in casu, quod sunt omnes aequales, aut se excedentes excessu dumtaxat finito: ut constat.

Quomodo autem species sub quouis generi contenta tam infinitæ, quam finita in se quoad quantitatem metaphysicam multitudine sint infinitæ in sua possibilitate, seu quidditate; quemadmodum & individua contenta sub quavis specie, ex dictis supra quæst. 3. atque etiam in precedentibus propositionibus, comprehenditur est.

H H N Q V E.

## QV AESTIO IX.

*An series creaturarum possibilium quoad quantitatem metaphysicam inequalium, atque proportionalem tum à latere ascendentem, tum à latere descendente sint infinitae; vel finitae. Et consequenter an sit possibilis creatura maxima omnium quoad aliquam metaphysicam quantitatem. Et creatura minima omnium. Idque aut absolute; aut intra genus aliquid; aut intra quolibet.*

174 **C**irca hanc questionem solum agunt Doctores de possibiliitate creature omnium perfectissimæ; aut etiam de possibiliitate imperfectissimæ. Suntque duius in duas sententias. Prima negat, esse possibilem creaturam perfectissimam omnium. Pro qua stat S. Th. q.1. de Porent. art.2. ad 9. & q.20. de Verit. art.4. in corp. & in 1. dist. 44. q.1. art.3. Soar. disp. 30. Metaph. sect. 17. Fafol. 1. p. q.7. art.3. & 4. dubit. 11. Pet. Hurt. disp. 13. Phys. sect. 3. Oued. contr. 14. punct. 7. Carlet. disp. 46. Phys. sect. 9. & alijs plerique communiter. Quorum aliqui, vt Oued. & Carlet. similiter negant possibilem creaturam omnium imperfectissimam. Secunda sententia affirmat, creaturam omnium perfectissimam possibilem esse. Pro qua referuntur Enric. quodl. 5. q.3. Aureol. in 1. dist. 44. q. ynic. art.4. Durand. ibid. q.2. Bacchon. ibid. q.1. Namque sequitur, enizèque conatur defendere Arriag. disp. 13. Phys. sect. 3. Qui etiam censet, esse possibilem creaturam omnium imperfectissimam. Supponere autem videntur plerique. Autores utriusque sententia, creaturas possibiles, de quibus loquuntur, finitas quoad perfectionem, esse, sive finitam perfectionem habere. Multique eorum solum tractant de creaturis sumptis specificè, hoc est, de speciebus creaturarum, quidquid sit de individuis.

175 Nos verò vniuersalius procedentes, supponentesque totam doctrinam statutam q.8. de quantitate metaphysicæ creaturarum in vniuersum, distincte per sequentes propositiones exponemus, quid nobis in praesenti videatur dicendum.

## Propositio 1.

176 Si sermo sit de creaturis metaphysicam quantitatem finitam habentibus, nulla est possibilis omnium maxima aut absolutæ, aut intra aliquid genus, sed data quavis, alia maior, & alia maior dabilis est in infinitum.

Probo primo. Quia, vt constat ex dictis in precedentibus, & ex communi, nulla est possibilis quantitas physica finita, qua sit omnium maxima aut absolutæ, aut intra aliquid genus, ita vt alia major illa dati non possit. Ergo tandem est dicendum de quantitate metaphysicæ. Nam utriusque, quoad rem attinet, eadem prorsus ratio est circa omne dubium.

177 Probo secundo. Quia nullus est numerus fi-

nitus creaturarum metaphysicæ inse finitarum, quo major alius non sit possibilis, vt constat ex doctrinæ communi q.3. atque etiam 8. stabilità. Ergo nulla est creatura quoad quantitatem metaphysicam æqualis cuius numero creaturarum inse metaphysicæ finitarum, supra quam non sit alia possibilis æqualis maiori numero. Quod ipsum est, nullam esse possibilem creaturam inse finitam qua major alia dari non possit quoad quantitatem metaphysicam. Etenim nulla ratio reddi potest idonea, cur sit possibilis creatura æqualis alicui numero aliarum, & non sit possibilis alia æqualis numero majori.

Tertiò probò. Quia possibilis est creatura infinita quoad quantitatem metaphysicam iuxta doctrinam stabilitam q.8. Ergo non est possibilis finita, qua maxima sit omnium finitarum. Probo consequentiam: quia hoc ipso, quod est possibilis creatura excedens quamlibet aliam finitam datam excessu infinito, qualis est infinita, non potest non esse possibilis creatura excedens quamlibet aliam finitam datam excessu finito minore. Quod ipsum est, nullam esse finitam maximam, qua major alia non sit possibilis.

Quarto probò. Quia, si esset possibilis creatura maxima omnium metaphysicæ finitarum, cum sit possibilis minima, vt videbimus proposit. 2. fieret utique, vt series omnium creaturarum metaphysicæ finitarum, & inter se inequalium finita esset; quia clausa duobus terminis, iuxta proposit. 18. q.2. Hoc autem est absurdum: cum quia opponitur doctrina communi statutu q.3. & 8. tum quia eodem iure dici posset, multitudinem etiam creaturarum metaphysicæ finitarum, & inter se æqualium tam dissimilium, quam similiū finitam esse. Atque adeò omnes creaturas metaphysicæ finitas tam numericè, quam specificè differentes finitum numerum non exceedere. Quod vix potest tuto concedi.

Quinto denique probò. Quia in eo, quod nulla sit creatura metaphysicæ finita possibilis, qua major alia dari non possit quoad metaphysicam quantitatem, nulla involuitur contradicatio, vt apparebit ex solutione argumentorum, quæ opponi possunt. Igitur, id esse possibile, atque adeò & necessarium intra suum possibilis statutum, dicendum est.

Obijicitur autem ex Arriagâ primò sic. Deus producere potest creaturam perfectissimam, quam potest. Ergo si producat; ea utique omnium à Deo producibilium, atque adeò possibilium perfectissima erit. Quo habetur intentum. Alioquin non produxisset Deus creaturam perfectissimam, quam potest, contra suppositionem. Hec forma arguendi fallax est. Instatur enim in numeris, quorum nullus est maximus; in durationibus Angelorum, quatum nulla est ultima; & in quolibet infinito nullam habente partem ultimam, etiam apud Arriagam ipsum. & omnes: dicendo videlicet Deus producere potest numerum maximum, quem potest. Deus conferre potest Angelo ultimam durationem, quam potest. Deus designare potest ultimam partem spatij localis, quam potest, &c. Respondeo ergo, antecedens eiusmodi forma esse de subiecto non supponente, atque adeò falsum; quo tota argumentatio corruit ubique. Supponitur enim in illo, Deum posse producere creaturam maximam omnium possibilium. Deum posse conferre Angelo durationem ultimam possibilium. Deum posse designare partem ultimam spatij localis, &c. Quæ omnia falla

falsa sunt. Recognoscere dicta in simili supra q. 2. proposit. 22.

<sup>282</sup> Secundò obijicitur ex eodem. In creaturis possibilibus non possunt esse omnes excessæ, & excedentes. Ergo est necessarium, quod si una excedens non excessa, atque adeò maxima; & altera excessa, & non excedens, atque adeò minima. Hoc etiam argumentum instatur in alijs infinitis, ut partium temporis, quarum nulla est, quæ non sit prior subsequente, & posterior antecedente. Respondeo ergo, nullum esse inconveniens in eo, quod nulla sit creatura iniquum, de quibus agimus, quæ non excedatur ab aliâ. Tametsi ob peculiarem rationem aliquæ sit non excedens aliam iuxta dicenda proposit. 2.

<sup>283</sup> Tertiò obijicitur ex eodem. In collectione omnium creaturarum possibilium reperitur summa propinquitas quoad perfectionem cum Deo: siquidem supra totam eam collectionem, & infra Deum nulla alia est perfectio possibilis. Sed nequit summa propinquitas tali collectioni conuenire ratione omnium creaturarum inclusarum in illâ: quia inter plerasque earum, & Deum sunt medie alia perfectiores, atque adeò ipsi Deo propinquiores. Ergo debet conuenire ratione unius creature perfectissima omnium, inter quam, & Deum nulla alia media perfectior sit. Hoc argumentum non habet locum contra me, qui puto, inter collectionem creaturarum possibilium finitæ perfectionis, de quibus nunc agitur, & Deum dari alias possibiles infinitæ perfectionis, in quibus fortasse erit aliqua possibilis maxima omnium. De quo posita. Sed posito, nunc, quod omnes creature possibles finitæ perfectionis sint, nullaque earum sit subinde perfectissima omnium. Respondeo, summam propinquitatem, quam talis collectio quoad perfectionem habet cum Deo, quatenuis sit totam illam, & Deum nulla alia datur perfectio possibilis, ei conuenire ratione omnium creaturarum, ex quibus constat sumptarum non distributum: quo pacto nulla est, quæ non sit transitura, duratione Dei permanente: sed sumptarum collectivæ, & individuum: quo pacto collectionem constituant nūquam finiendam, æquæ, ac duratio diuina finienda non est. Cetera, quæ opponi possunt, facile quisque diluet ex dictis.

<sup>284</sup> Ex datâ propositione inferitur, non posse non esse infinitam à latere, versus quod ascenditur, tum seriem individuorum quoad quantitatem metaphysicam inæqualium proportionalium, que contentorum sub quavis specie: tum etiam seriem specierum similiter quoad quantitatem metaphysicam inæqualium, atque proportionalium contentarum sub quavis genere, quando talia individua, talesque species quoad talem quantitatem metaphysicam hinc in se sunt, ut ex se, & ex dictis in præcedentibus satis est notum.

### Propositio 2.

<sup>285</sup> Si sit etiam sermo de creaturis metaphysicam quantitatem finitam habentibus, non possunt non aliquæ earum esse minimæ,

infra quas aliae minores dari non possint tum absolute, tum intra quodvis genus.

Probo primò. Quia quantorum physicorum non possunt non dari aliqua minima, infra quæ non sine possibilia alia minora; nimis inæqualibilia, ex quibus quanta physica componuntur iuxta doctrinam à nobis stabilitam disp. 1c. q. 4. Ergo tantum dicendum est de quantis metaphysicis proper identitatem rationum, quæ pariter, quæ ad rem attinet, militant pro utrifice.

<sup>286</sup> Secundò probo. Quia series quorumvis quantorum in se finitorum, proportionaliumque descendens à maiore versus minorem inæqualitatem in infinitum ex yñ parte debet esse quantitas quædam infinita, utpote composita ex infinita multitudine partium, quarum qualibet facit maius: ex aliâ vero parte nequit esse quantitas infinita, utpote non excedens, imo neque attinens quantitatem daram finitam, prout demonstravi loco nuper citato agens de quantitate physica: pariterque de metaphysica demonstrari potest. Ergo talis series implicantia est. Est autem possibilis in quantitatibus metaphysicis, si non darentur minimæ aliae, quarum minores, dari non possent. Dari ergo dicenda sunt.

<sup>287</sup> Tertiò probo. Quia nulla perfectio minor ex cogitari potest, quam perfectio conceptus enris sumpti abstractissimæ, utpote infra quem nihil est. Sed sunt haud dubie creature possibiles solani effendi perfectionem habentes. Ergo & minima quoad perfectionem, quæ quantitas quædam est, metaphysica.

<sup>288</sup> Quartò denique. Quia in quantitate metaphysicæ minimæ, infra quam non sit possibilis alia minor, nulla cernitur repugnatio. Possibilis ergo censenda est.

<sup>289</sup> Ex quibus pater, ubique dantur series quantorum metaphysicorum in se finitorum, atque proportionalium, etiæ tales series à latere, versus quod ascenditur, sicut infinitæ iuxta proposit. I. à latere, versus quod descenditur, necessariò finitas esse, utpote terminatas in quantis minimis, infra quæ nequeunt in suo genere dari minora. Vnde rursus infertur, non posse non esse finitam à latere, versus quod descenditur, tum seriem individuorum metaphysicæ proportionalium sub quavis specie contentorum; tum seriem specierum proportionalium pariter contentarum sub quavis genere, quando talia individua, talesque species quoad quantitatem metaphysicam, de qua sermo est, finita sunt, ut satis ex se, & ex dictis est notum.

### Propositio 3.

Si sermo sit de creaturis metaphysicam quantitatem infinitam habentibus, quales adstruximus possibiles q. 8. arbitrio possibilem esse creaturam maximam omnium, qua maior alia dari non possit tum absolute, tum intra quodvis genus.

Moueo primò. Quia in quantis physicis infinitis unum quoddam est omnium maximum, quo maius aliud dari non potest tum absolute, tum intra quodvis genus, ut constat ex dictis supra q. 3. Infinitum siquidem multitudinis complectens omnes creature possibiles omnium in-

nitorum multitudinis creaturarum maximum est. Et infinitum multitudinis complectens omnes Angelos possibiles maximum omnium infinitorum multitudinis Angelorum. Et infinitum multitudinis complectens omnes homines possibiles maximum itidem omnium infinitorum multitudinis hominum. Tuum infinitum extensionis continens totam aquam possibilem maximum est omnium infinitorum extensionis aqua. Et infinitum extensionis complectens totum tempus possibile maximum pariter omnium infinitorum extensionis temporis. In ceterisque pariter. Igitur & in quantis metaphysicis infinitis unum quoddam omnium maximum, quo maius aliud non sit possibile, cum absolute, cum intra quodvis genus videtur afferendum; cum verorumque, quod ad rem attinet, eadem ratio videatur esse. Ad hanc sub nomine generis speciem etiam venire ad propositum intelligendam, dum aliud non exprimit; ut alias etiam in similibus sepe eueneire solet.

291 Secundò moueor. Quia, ut quantum physicum formaliter, sic quantum metaphysicum aequivalenter est compositem ex partibus, ut constat ex doctrina statuta disp. 10. q. 3. Ergo, ut nequit non esse unum quantum physicum maximum omnium sui generis, quod amplectatur omnes partes formales possibiles in tali genere; ita nequit non esse unum quantum metaphysicum maximum etiam omnium sui generis, quod imbibat in se omnes partes aequivalentes possibiles in tali genere, aut certe earum multitudinem maximum omnium in tali genere possibilium: et si non imbibat partes eiusmodi aliorum minorum quantorum sui generis. In quo à quanto physico maximo non potest non differre.

292 Tertiò moueor. Quia, quies datur aliqua creatura intra aliquod genus quoad quantitatem metaphysicam infinita, ea utique quoad talem quantitatem aequalis est alicui multitudini infinite aliarum creaturarum vel eiusdem generis, vel alterius iuxta doctrinam stabilam q. 2. propos. 35. & iterum q. 8. Si est aequalis multitudini infinite aliarum creaturarum eiusdem generis. Vel haec multitudine includit ceteras omnes creaturas talis generis præter illam; & sic, esse illam maximam omnium talis generis, manifestum est: siquidem unaquaq; ceterarum exceditur ab illa in omnibus reliquis. Vel includit pauciores; & sic alia erit possibilis creatura intra tale genus aequalis multitudini includenti omnes præter ipsam, que subinde omnium maxima erit. Hoc enim ipso, quod datur possibilis creatura aequalis quoad quantitatem metaphysicam alicui multitudini infinite aliarum creaturarum sui generis, non est, cur non sit alia possibilis aequalis cuilibet multitudini eam, atque adeo multitudini aliarum omnium præter ipsam. Si vero creatura data infinita aequalis est multitudini infinite aliarum creaturarum, alterius generis alterius, (posteo quod id sit possibile, à quo modo præcendo), multo melius poterit esse aequalis multitudini infinite aliarum creaturarum sui generis, & reddit argumentum factum. Si deniq; creatura data infinita ad nullam multitudinem infinitam accedat creaturarum sui generis; sed solum ad aliquam alterius generis inferioris; arguo iterum pariter. Vel talis multitudine complectitur omnes creaturas possibiles talis generis; & ita creatura illi aequalis maxima erit omnium, que alicui multitudini infinite creaturarum talis generis possunt aequales esse. Vel non complectitur;

& ita alia creatura erit possibilis aequalis complectenti. Quia non est, cur alicui multitudini, & non cuilibet talis generis aequalis creatura sit possibilis. Similiterque potest argui: si creatura data infinita infinita multitudini aliarum creaturarum non vnius tantum, sed plurium generum inferorum ponatur esse aequalis.

Sed dicet aliquis; et si argumentum factum circa primum, & secundum casum coniunctum, creaturam aequalem multitudini infinita ceterorum omnium sui generis vnicè esse maximam talis generis: at circa casum tertium solum probate, creaturam aequalem multitudini infinita omnium aliarum creaturarum inferioris generis esse vnam ex maioriibus possibilibus, que alicui multitudini infinita creaturarum talis generis possunt aequales esse. Quia nihil verat, maxima multitudini creaturarum talis generis esse aequales plures creaturas possibiles, quæ subinde inter se sint aequales. Contra tamen est. Quia, licet, quantum est ex parte aequalitatis, nihil vetet, plures creaturas possibiles eidem multitudini infinita aequales esse, arque adeo interse. Quando vero multitudo infinita maxima omnium sui generis est. Sicut multitudine ipsa alias fibi aequales intra idem genus non admittit; quia universitas essentiarum non patitur, ut creaturae possibiles talis generis plures sint, quam inclusa in ea ipsarum maxima multitudine iuxta doctrinam traditam supra q. 3, ita videtur dici posse, creaturam aequalem dictæ maxima multitudini alias eidem multitudini, & fibi aequali intra genus suum non admittere; quia vniuersitas essentiarum non patitur, ut intra aliquod genus plures, quam vna, sint creaturae maxima; hoc est, alicui multitudini maxima aequales. Accedit, quod, admissis pluribus, nulla ratio suppetit, cur sint finitæ sub tanto, vel tanto numero potius, quam sub quolibet alio. Infinitæ autem quoad multitudinem esse non possunt. Quia, sicut multitudine infinitarum physicorum interse aequalium nullatenus dabilis est; ut ostendimus q. 2. propos. 29. Ita pariter nullatenus censenda est dabilis multitudine infinita infinitorum metaphysicorum interse aequalium, qualia dictæ creature maxima infinitæ quoad multitudinem essent. De ceteris non maximis alia ratio est. Nam illæ plures esse possunt cum aequales, tum inaequales interse; in ea scilicet aut finita, aut infinita multitudine, quam habent multitudines infinitæ partiales aliarum creaturarum (quibus aequales sunt) inclusa in multitudine totali, & maxima, cui illa creatura maxima aequalis est, iuxta doctrinam etiam traditam proposuit illa 29. citata.

Quarto moueor ad adstruendam propositionem datam. Quia, quemadmodum naturis rerum est valde consentaneum, ut in moralibus, & politicis iuxta præstantissimum omnium hierarchicum ordinem pro toto terrarum orbe circa spiritualia, quæ potiora sunt, detur unus Princeps supremus, & maximus omnium quoad dignitatem, excellentiam, officium, & locum, scilicet Papa. Deindeque quoad temporalia pro vnoquoque Regno detur unus Rex maximus omnium talis regni quoad excellentiam, dignitatem, & munus. Et in unaquaque prouincia unus similiter maximus omnium Protor. Ac demum in unaquaque vrbe unus omnium item maximus Gubernator. In ceteris autem gradibus Republicæ non interest, immo expedit, quod dentur plures homines interse aequales, eoque plures,

quod

quò gradus inferiores sunt. Quemadmodum 292 item valde naturis rerum est consentaneum, vt in naturalibus, & physicis pro mobilibus quidem vnum detur omnium maximum, & primum mobile; à quo motus diurnus. Pro luminosis vnum maximum luminare Sol. Pro igneis vnum maximus ignis clementatis. Pro aereis vnum aer maximus. Pro aquaeis vna maxima aqua. Et pro terrestribus vna item maxima elementaris terra. In ceteris vero entium naturalium gradibus plura dantur entia minora & qualia, eoque plura, quò gradus inferiores sunt. Ita viisque valde naturis rerum consentaneum censendum est, vt in metaphysicis, & essentialibus, praeter Deum, qui in genere suo non solum maximus quoad omnem quantitatem metaphysicam dicentem perfectionem, sed omnino unicus est, pro tota vniuersitate creaturarum possibilium unitica omnium maxima detur quoad eiusmodi quantitatem. Subindeque pro unoquoque genere earum unica etiam maxima contentarum in illo, Tametsi inter inferiores illa plures dentur aequales, eoque plures, quò magis inferiores sunt. Eoque plures, inquam, in numero quidem finito, dum illa in se metaphysicè sunt infinitæ; in multitudine autem infinita, dum in se metaphysicè sunt finita, prout ex dictis in precedentibus colligere est.

295 Quinto denique moneor. Quia in eo, quod cum abolute, cum intra quodvis creaturarum genus detur possibilis vna maxima omnium earum, quæ quantitatem habent metaphysicam infinitam, nulla cernitur implicatio contradictionis. Possibilis ergo censenda est.

296 Ex quibus omnibus infertur primò, ex individualibus possibilibus in se infinitis quoad quantitatem metaphysicam contentis sub quavis specie, (qua etiam quoad multitudinem) sunt infinitæ iuxta dicta q. 8. vnum esse maximum omnium quoad talen quantitatem, quo unius aliud non est possibile, atque adeò vnum esse omnium perfectissimum, quo perfectius aliud non est possibile. Tametsi ex finitis in se quoad talen quantitatem nullum sit omnium maximum, neque omnium perfectissimum iuxta proposit. I. Pariterque ex speciebus in se infinitis quoad quantitatem metaphysicam contentas sub quolibet genere (quas etiam quoad multitudinem esse infinitas constat ex dictis q. 8.) vnam esse maximum omnium, qua maior alia non est possibilis; atque adeò vnam esse perfectissimam omnium, qua perfectior alia dari non possit. Tametsi ex finitis in se nulla sit omnium maxima, neque omnium perfectissima iuxta eandem proposit. I.

297 Secundò infertur, creaturarum possibilium in se infinitarum, & inter se inequalium proportionaliumque (sive illa individua sive eiusdem speciei, sive species eiusdem generis) nullam esse series possibilem, qua à latere, versus quod ascenditur, finita non sit. Quia nulla est possibilis series talium creaturarum, qua à latere, versus quod ascenditur, non terminatur; & se fistae in vna maximâ, atque adeò ab eo latere postremâ omnium talis seriei. Tametsi creaturarum metaphysicè in se finitarum & proportionalium nulla sit series, qua à latere, versus quod ascenditur, non sit infinita iuxta dicta proposit. I.

298 Tertiò infertur, et si possibilis creatura adeò infinita quoad perfectionem cuiusvis generis, vt non solum maxima sit quoad illam omnium creaturarum possibilium distributiuè sum-

ptatum, sed etiam sit æqualis toti multitudini omnium aliarum à se collectuè sumpta; prout constat ex dictis; infinitudinem tamen perfectionis diuinae infinite altioris, & superioris generis esse, infinitesque infinitè superare multis ex titulis infinitudinem perfectionis talis creature. Primo; quia Deus suam perfectionis infinitudinem habet à se, & per essentiam; talis vero creatura, si existeret, suam ab alio, & per participationem haberet. Secundo; quia infinitudo perfectionis Dei omnem omnino imperfectionem excludit; infinitudo vero perfectionis talis creature cum multis imperfectionibus ei necessariò annexis hoc ipso, quod est ens ab alio, permixta est. Tertio; quia perfectio Dei infinites infinitè est maior, quam perfectio aggregati omnium creaturarum possibilium. Quod nulla creatura potest habere; cum nulla possit esse perfectior (necum infinites infinitè perfectior) quam aggregatum resultans ex ipsa, & ex reliquis omnibus, vt constat; quia nequit pars esse maior suo toto. Quinimo; et si sit possibilis creatura adeò infinita perfectionis, vt aggregato omnium aliarum possibilium præterea sit æqualis, non tamen videtur possibilis, quia tali aggregato sit maior, eo quod vniuersitas essentiarum maiorem non videatur sufficeret, vt non sufficit multitudinem creaturarum possibilium maiorem eam multitudine, qua complectitur omnes possibiles. Quartò; perfectio Dei non solum excedit infinites infinitè perfectionem aggregati omnium creaturarum, qua modò possibles sunt, sed talis est, vt, licet creatura possibiles infinites infinitè essent plures, quam modò sunt, adhuc infinites infinitè excederet perfectionem aggregati omnium earum. Quod tamen ab omni creatura possibili alienissimam est. Quintò; perfectio Dei non solum excedit modo dicto omnem aliorum entium perfectionem possibilem tum absolute, tum in qualibet hypothesi data possibili nec nichil, nec estimabilis, nec perfectus sit, quam est Deus solus, utpote qui tum formaliter tum eminenter in se solo continet totam huiusmodi aggregati perfectionem, & bonitatem. Imo Deus solus magis perfectus, magis bonus, & magis estimabilis est, quam tale aggregatum, utpote immunis ab imperfectionibus creaturarum; quam ipsum aggregatum claudit in se. Quod tamen multo adhuc magis alienum est ab omni creatura possibili. Ex quibus patet, quantum excedat, superetque infinitudo Dei infinitudinem, quam admittimus in creaturis quoad quantitatem metaphysicam, etiam in ea, quam omnium aliarum possibilium maximam arbitramur. De quo iterum redibit sermo infra disp. 14. q. 5.

299 Quarto ex dictis (si vera sunt) pè sequitur inferendum, Christum dominum quoad humanitatem præcisè omnium hominum possibilium perfectissimum esse essentiæ, & metaphysicæ perfectione. Et B. Mariam V. matrem eius omnium mulierum possibilium perfectissimam pariter esse, adeò, vt neque homo aut æquè, aut magis perfectus entitatiæ, & metaphysicæ, quam Christi humanitas, neque mulier aut æquè, aut magis perfecta similiter, quam V. Maria potuerint creari à Deo, adhuc de potentia absoluta.

Pro-

## Tractatus VI. De Deo uno.

439

### Propositio 4.

Si sermo adhuc sit de creaturis metaphysicam quantitatem infinitam habentibus, quales adstruximus possibles q. 8. nulla est possibilis omnium minima quoad tamē quantitatem, qua minor alia dari non possit cum absolute, cum intra quodvis gen.

Probo propositionem primō à paritate infinitorum physicorum, quorum nullum omnium minimum dabile est aut absolute, aut in quouis genero; ut ex doctrina demonstrata q. 2. proposit. 16. & 29. liquidum est. Tantundem ergo debet dici de infinitis metaphysicis ob easdem fermes rationes.

Secundo probo. Quia, data quavis multitudine infinita partium formalium, alia minor infinita dari potest, quia potest illa prior bifariam, aut prope bifariam diuidi, quodvisque dimidium manebit multitudo infinita, & maior priore, vt ex se, & ex demonstratis dicta proposit. 16. est notissimum. Igitur data quavis multitudine infinita partium æquivalentium, alia minor infinita dari potest. Igitur dato quavis infinito metaphysico ex infinitis partibus æquivalentibus constante, aliud minus dari potest constans etiam ex infinitis, licet paucioribus. Hoc autem ipsum est, nullum minimum dabile esse, quo minus aliud dari non possit.

Tertiō probo. Quia eadem distantia est intra quodvis quaniōrum genus à finito ad infinitum, atque ab infinito ad finitum. Ergo, sicut non potest ita ascendi à finito, vt perueniat ad finitum maximum omnium supra quod non sit aliud maius, vt ex dictis in precedentibus comprehendit, sic nec potest ita decendi ab infinito, vt perueniat ad infinitum minimum omnium, infra quod non sit aliud minus.

Quarto. Quaevis creatura metaphysicē infinita aliqui multitudini infiniti, aliarum creaturarum est æqualis quoad quantitatem metaphysicam; vt ex dictis saepe in precedentibus constat. Hoc autem ipso, quod est possibilis creatura tali multitudinī aliarum æqualis, non est cur non sint possibilis alia etiam æquales singulis alijs multitudinibus infinitis in illa inclusis, atque adeo etiam infinita. Sed nulla est in dicta multitudine multitudo infinita inclusa, quæ sit omnium minima, & qua minor alia non sit; vt ex doctrina demonstrata q. 2. proposit. 16. & 29. constat. Ergo nulla est ex creaturis predictis possibilis, & infinitis ob æquitatem, quam habent cum aliarum multitudinibus dictis, quæ sit omnium minima, & qua minor alia non sit.

Ex his inferitur primō, nullum esse individuum cuiusvis speciei quoad quantitatem metaphysicam infinitum, quod sit omnium minimum, quo minus aliud dari non possit. Tametsi ex finitis aliqua dentur minima iuxta dicta proposit. 2. Nullaque pariter esse speciem cuiusvis generis quoad quantitatem metaphysicam infinitam, quæ sit omnium minima. Tametsi ex finitis aliquaque dentur minima iuxta eandem propositiōnem.

Secundō inferatur, creaturarum possibilium in se infinitarum, & inter se inæqualium, proportionaliumque (sive sunt illæ individua eiusdem

speciei, sive species eiusdem generis) nullam esse seriēm possibilem, qua à latere, versus quod descendit, non sit infinita. Tametsi creaturarum in se finitarum, & proportionalium nulla sit series, qua à latere, versus quod descendit, finita non sit iuxta eamdem proposit. 2. Vniuersaliter enim infinitorum cuiusvis generis inter se inæqualium, atque proportionalium series possibilis a latere, versus quod descendit, infinitæ sunt, & ab altero, versus quod ascendit, finitæ. Finitorum, vero vice versa à latere, versus quod ascendit, infinitæ, & à latere, versus quod descendit, finitæ sunt. Infinitorum autem etiam cuiusvis generis inter se inæqualium multitudines possibilis omnes in se finitæ sunt. Cum tamen finitorum inter se inæqualium per plures sint in se infinitæ. Quæ omnia ex dictis quest. 2. proposit. 22. 23. 29. & 36. atque etiam in praesenti questione manifesta sunt.

Postremō inferitur contra Atriag. supponentem saepe oppositum ubi supra, inter duas creaturas determinata perfectionis, vt inter Angelum, & lapidem, non posse esse infinitam multitudinem creaturarum inæqualium, atque proportionalium, quæ certa excelsus proportionē & descendit ab Angelo versus lapidem, & ascendit ab lapide versus Angelum. Quia talis creaturarum proportionalium series, cum sit clausa duobus terminis, necessariò est vtrique finita iuxta vniuersalem doctrinam statutam q. 2. proposit. 18. Atque adeo nequit ex multitudine infinita creaturarum constare iuxta dicta ibidem proposit. 5.

## QVÆSTIO X.

*An sit possibilis series entium inter se connexorum; aut etiam series entium inter se oppositorum infinita vel ab utroque, vel ab altero latere.*

**C**onnexa dicuntur duo entia, quando unum 307 sine altero esse: erunt autem conexa mutuo, si nec primum sine secundo, nec secundum sine primo esse possint; non mutuo verò, quando unum sine altero nequit esse, bene tamen hoc sine illo. Opposita verò dicuntur duo entia, quando unum non potest esse cum altero, & consequenter neque hoc cum illo. Opposicio quippe semper, & necessariò est mutua. Possunt autem duo entia esse conexa, vel opposita, aut respectuè ad idem tertium, vt ad idem tempus, ad idem subiectum, ad eundem locum, ad eundem statum, &c. aut respectuè ad diuersa. Poterit series entium connexorum tunc conficietur, quando unum ens connectitur cum altero, & hoc cum tertio, & tertium cum quarto, & sic deinceps. Seriesque similiter oppositorum quando unum ens opponitur alteri, & hoc tertio, & tertium quartio, & ita vterius. Eritque quævis harum serierum ab utroque latere infinita, quando nullum est ens, cum quo non sit alterum connexum, vel cui non sit alterum oppositum; neque unum est ens, quod non sit cum altero connexum, vel quod non sit alteri oppositum. Quorum prius latus connexorum, vel latus oppositorum, posteriorius autem latus terminorum (scilicet terminatum

tium connexiones, vel oppositiones) distinctionis causâ dicentur. Differt autem series connexorum à serie oppositorum. Quod in serie connexorum hoc ipso, quod primum ens connectitur cum secundo, & secundum cum tertio, & tertium cum quarto, &c. non potest non primum ens connecti mediatè cum tertio, & quarto, &c. adeò, ut quæ non possit esse sine tertio, & quarto, & ceteris à latere terminorum se habentibus, ac non potest esse sine secundo. In serie vero oppositorum non eo ipso, quod primum opponitur secundo, & secundum tertio, & tertium quartum, &c. debet primum adhuc mediatè opponi tertio, & quarto, &c. Fieri namque potest, ut primum non possit esse cum secundo, neque secundum cum tertio, neque tertium cum quarto, &c. & tamen primum bene possit esse cum tertio, aut cum quarto, &c. Possunt tamen ambae istæ series ceteris concatenari, quatenus omnia entia tam mediatè, quam immediate conexa cum uno ex entibus oppositis eo ipso sunt opposita alteri. Et omnia entia opposita cuius termino connexionis eo ipso opposita sunt omnibus entibus cum tali termino connexis tam mediatè, quam immediatè. Quæ omnia, & plura de connexione, & oppositione entium exposita, & demonstrata sunt à nobis in Pharo Scient. disp. 14. vbi videnda. Id vnum aduerso præterea, cum tam connexio, quam oppositio entium aut metaphysica, aut physica, aut moralis possit esse iuxta dicta ibidem; de metaphysica dumtaxat sermonem esse nobis impræsentiarum. Ex dicens siquidem circa hanc, quid sit dicendum circa ceteras, facile quicquid colliget. His ergo postis sit.

## Propositio 1.

308 Possibilis est series entium inter se connexorum sive non mutuò, sive mutuò tum ab altero tantum latere, tum etiam ab utroque infinita.

Et primum, si loquamur de connexione entium, seu potius conceptuum obiectuum, quoad quiditatem, respectuèque subinde ad statum quiditatuum, quævis essentia est connexa non mutuò cum varijs seriebus passionum communis, qui continent ab ipsâ essentiâ ab altero terminorum latere infinitæ sunt, ut ostendimus in Pharo Scient. disp. 17. q. 18. infinitaque subinde multitudine huiusmodi serierum (sicut est essentiarum) ab uno latere in se infinitarum datur intra statum quiditatuum. Quævis item essentia, ut ibidem etiam ostendimus, mutuò connexa est cum varijs seriebus proprietatum similiter infinitis. Et quia, quoties series connexorum est mutua, utrumque latus eius simul connexorum, & terminorum est, efficitur, ut ex duabus quibusque seriebus proprietatibz vniuersiusque essentiaz media ipsa essentia continuatis vna quedam series componatur connexorum mutuo ab utroque latere infinita. Quo tandem fit, ut intra statum quiditatuum multitudine etiam infinita detur talium serierum in se ab utroque latere infinitarum, quod utrumque ob connexionem mutuam in ipsis simul est latus connexorum, & terminorum.

309 Deinde, loquendo de connexione entium, quoad existentiam, quod sit possibilis series entium sive non mutuò, sive mutuò connexorum, tum ab altero tantum latere, tum etiam ab utro-

que infinita, per exemplum potest primò probari. Nam, si Deus producat infinitos homines, & incipiendo ab eorum aliquo efficiat medijs suis reuelationibus, auxilijs, & alijs adminiculis, (ut facile circa dubium potest) quod primus actus fidei diuinæ habeat, cuius obiectum sit alius actus fidei secundi, & obiectum huius alius actus fidei tertij; & ita deinceps in infinitum, series infinita ipsa existet actum fidei diuinæ connexorum non mutuò à latere connexorum finita, & infinita à latere terminorum: erit autem infinita ab utroque latere si nullus actus fidei sit de altero actu subsequentे, qui non sit etiam obiectum alterius præcedentis. Mutuò vero connexorum actuum fidei erit series, si vniuersisque actuum ipsorum duos pro obiecto habeat alterum antecedentem secum ut cum obiecto connexum, & alterum subsequentem connexum etiam ut cum obiecto secum, & cum alio ulteriori. Aliasque huiusmodi series possibilis poterit quicquid excogitare. Quarum possibilitas inde secundò, & vniuersel probanda venit, quod nullam in eis contradictionem implicari, satis superque notum ex se videtur.

Obseruandum tamen est, si series entium connexorum quoad existentiam à latere terminorum sit infinita, nullam partem finitam eius posse produci à Deo solam seorsim; à ceteris omnibus infinitis, quia quevis pars cum ceteris omnibus connexa est saltu mediatè, ut supponitur, atque ita sine illis existentibus existere nequit. Si vero series connexorum non mutuò à latere tantum connexorum infinita sit, bene poterit produci à Deo quælibet pars eius finita ab altero latere, desumpta sola, & absque omnibus anterioribus à dicto latere se habentibus, utpote à quibus illa absoluta quoad existentiam est; tametsi cum illa sint connexæ omnes ipsæ anteriores. Ex quibus facilè quicquid colliger, quid sit dicendum, quod ad rem attinet, de ceteris connexorum seriebus possibilibus infinitis.

## Propositio 2.

Series etiam entium inter se oppositorum tum ab altero tantum latere, tum etiam ab utroque infinita possibilis est.

Hic solùm potest esse sermo de oppositione entium quoad existentiam: quia quoad quiditatem nulla entia inter se opposita possunt esse, ut supra q. 3. n. 147. notatum est. Quo pacto propositio intellexit probari primò potest per quodam exemplum. Si enim considerentur intra statum quiditatuum possibilis, ut verè sunt, infiniti actus fidei, quorum primus pro obiecto habeat negationem existentiaz secundi, & secundus negationem existentiaz tertij, & ita deinceps sine fine, series actuum fidei oppositorum considerabitur, & verè erit possibilis infinita à latere terminorum, & finita à latere oppositorum: erit autem ab utroque latere infinita, si nullus consideretur actus fidei primus, ante quem non sit possibilis alius illius negationem habens obiecto. Aliæque huiusmodi series entium oppositorum possibilis ab unoquoque poterunt facile excogitari. Quarum possibilitas inde secundò vniuersaliter probatur, quod nullam haud dubie ferunt secum contradictionem.

Sed est obseruandum, series eiusmodi oppositionum entium infinita non ideo possibilis dici, quia

## Tractatus VI. De Deo uno.

432

quia collectivè accepta vel ipsa tota, vel partes earum diuisibiles possint existere à parte rei : (cum certum sit, ne duo quidem entia opposita posse collectivè, sive simul existere, qua ratione quod existentiam opposita sunt). Sed quia intra statum quiditatium ex infinitis entibus composta sunt, quorum singula ita seorsim sunt possibilia, ut etiam singula singulis cum subordinatione seriei extensæ in infinitum quod existentiam sunt opposita, ita ut nullum eorum binarium, nemedum tota integra series, possit simul existere.

<sup>313</sup> Cæteras differentias serierum tum connextorum, tum oppositorum entium, quæ ex cogitari possunt possibiles, ex præmissis principio questionis facile quicunque colliget.

<sup>314</sup> Quemadmodum etiam potest quisque colligere ex hac tenus dictis, quænam præterea series quamlibet extensionem habentes possint, aut non possint esse infinitæ aut ab uno latere, aut à duobus, aut etiam pluribus v. g. series unitorum, ut si unum ens sit unum alteri, & hoc alteri, & hoc alteri, & sic deinceps. Series similium, vel dissimilium, vel utrumque mixta, vt si unum ens sit simile, vel dissimile alteri, & hoc alteri, & hoc alteri, &c. vel alternatiæ post unum, aut plura similia, unum, aut plura dissimilia sequantur. Series bonorum, vel malorum relatiuorum, vt si unum ens sit conueniens, vel disconueniens alteri, & hoc alteri, &c. vel alternatiæ; aut si unum ens sit utile ad alterum, & hoc ad alterum, &c. Et in moralibus series dominorum, & seruorum; aut superiorum, & subditorum; vt si unus homo sit dominus, aut superior alterius, & hoc alterius, & hoc alterius, & sic sine fine. Series magistrorum, & discipulorum. Series loquentium, & audientium. Series creditorum, & debitorum, &c. Et uniusquisque qualibet alia series quorumvis actuum, & potentiarum iuxta universalissimam doctrinam de potentia, & actu traditam in Pharo Scient. disp. 8. Itaque de possibiliitate, aut impossibilitate infinititudinis aut ab uno latere, aut à pluribus quarumlibet istarum serierum unusquisque poterit iudicare iuxta dicta à nobis in tota hac disp. inspectâ tamen natura terminorum earum. Nos enim, ne in infinitum procedamus in singularium examine, solum uniusquæ statutum iuxta hanc dicta, quantum est ex parte infinititudinis sumptu præcisæ nullus seriei infinititudinem repugnare. Tametsi non semel repugner ex parte specialis naturæ terminorum eius. Ut cernere est in serie causarum, & effectuum, quam à latere ipsarum causarum infinitam esse non posse, supra à nobis ostentum est q. 7. Tantumdemque fortasse euenerit in aliquibus ex commemoratis seriebus.

### QVAESTIO XI.

*Vrum Deus possit producere omnes creatureas possibiles ita, ut illi nulla possibilis superesse denunc prodeenda.*

<sup>315</sup> **Q**uestio hæc locum non habet apud eos, qui negant, posse produci à Deo infinitum in actu. Ita enim consequenter negant, posse produci à Deo omnes creatureas possibiles,

supposito quod illæ intra suum possibilitatis statum infinitæ sunt, ut communis, imo & certa fere apud omnes sententia fert. Ex alijs vero, qui nobiscum tenent, posse produci à Deo infinitum in actu, multi opinantur nihilominus, nullatenus posse produci à Deo omnes creatureas possibiles; sed, quibusvis etiam actu infinitis à Deo productis, alias, & alias sine fine ab ipso Deo producibiles restare debere. Ita censem Soar. disp. 30. Metaph. sect. 17. Fafol. 1. p. q. 7. att. 3. & 4. dub. 13. cum multis alijs à sc relatis, qui apud ipsum videri possunt. Oppositam tamen sententiam tenent Vaz. 1. p. disp. 26. cap. 3. Pet. Hurt. disp. 13. Phys. sect. 2. Arriag. disp. 13. Phys. sect. 4. Lynce lib. 7. Phys. tract. 3. cap. 4. & plures alij.

### Propositio 1.

Omnis omnino creatureas possibiles simul existere, atque adeo simul à Deo produci impossibile est.

In hanc propositionem conspirant omnes. <sup>316</sup> Autores virtuus sententia relate. Est enim certissima. Quoniam sunt multæ creature, quibus omnino repugnat simul existere. Tametsi seorsim aut successiæ existere possat. Atque ita, licet secundum se consideratae possibiles sint, earum tamen simultanea existentia contradictionem implicat. Vnde necessario consequitur, nullatenus posse illas simul produci à Deo.

Primò enim in nostra, & communi sententiâ adstruente creaturis existentibus superadditas durationes essentialiter successiæ prorsus repugnat, simul produci à Deo omnes durationes possibiles uniusquisque creature. Imo necesse est, ut, quibuslibet à Deo productis, alias, & alias atque adeo infinitæ restent possibiles, ac producibles ab ipso per totam aeternitatem à parte possit. Secundò quæcumque creatura sunt opposite metaphysicæ quod existentiam in eodem tempore, nullatenus possunt simul produci à Deo: quia nullatenus possunt simul existere. Vnde si omnes homines possibiles existerent hodie, singulique haberent aeternum, & amorem alienius obiecti, dissensus, & odia metaphysicæ opposita quod multitudem infinita, & alias possibilia, simul cum illis à Deo existentia hodie ponit non possent. Idemque est de ceteris alijs entibus infinitis, & in ordine ad idem tempus metaphysicæ oppositis. Tertiò actiones illæ creaturarum, quæ ex defectu virtutis non possunt simul ab illis, adhuc ut elevatis à Deo, celi, neque à Deo ipso possunt simul ponit existentes: quia Deus se solo neque eas ponere absque creaturarum concursu; cum sine suæ essentiæ actiones illarum, & creature ad illas simul nullà potentia possunt concurrere, etò alias successiæ possint. Sic ex hypothesis quod causa creatura ne obedientiale quidem potentiam habeat ad elicendas simil centum actiones, etò possit illa plusquam mille, imo infinitas elicere successiæ, nequitiam poterit Deus efficere, ut talis causa centum actiones (alioquin possibiles aut seorsim, aut successiæ) simul existentes ponantur. Quartò denique quæcumque alia entia ita possibilia, ut suæ essentiæ sint affixa quod existentiam diuersis temporibus, simul in eodem à Deo ponit non poterunt. Talia sunt iudicia creatura vera essentialiter de obiectis quatenus praesentibus in unoquoque tempore. Quorum singula haud

qu.

dubie sunt affixa essentialiter proprijs, diversisque temporibus, neque in eodem coniungi possunt. Et, si quæ alia huiuscmodi sunt creature in eodem tempore non coniungibiles, licet alioquin sint seorsim, vel successu temporum possibles.

<sup>318</sup> Hæc, inquam, omnia apud omnes sunt certa. Diffidum superest inter Auctores talatos, an omnes creature possibles, quæ inter se comparatæ præcisè nullam ex predicatis proprijs incomparabilitatem quoad existentiam relatè ad idem tempus habent, proindeque, quantum est ex se, simul in eodem tempore possunt existere, ita etiam à Deo simul possint produci, ut nulla supersit producibilis. Negant Auctores prioris sententia putantes id derogare perfectioni omnipotentiaz diuinæ. Affirmant verò Auctores secundæ putantes oppositum.

## Propositio 2.

<sup>319</sup> Arbitror cum Auctoribus sententia seconde, omnes omnino creature possibles, quantum est ex se, compatibiles quoad existentiam in eodem tempore simul in eodem tempore posse produci à Deo, quin illa supersit producibilis, quæ non sit producta.

Ratio est: quia id nullam fert secum contradictionem aut ex parte ipsarum creature præcisè, ut supponitur; aut ex parte omnipotentia Dei; ut patet ex solutione argumenti, in quo potissimum, seu potius vnicè sententia Adversariorum fundatur.

<sup>320</sup> Illud autem est. Quia, si Deus omnes das creature simul produceret, omnipotentialia diuina maneret exhausta, & quasi effecta, & sine virtute ad producendum plura. Quod magnam præfert imperfectionem aduersam infinititudini inextrahibili ipsius omnipotentie. Respondeo tamen, nullam omnino prouenturam imperfectionem omnipotentia diuinæ, immo magnam ipsi perfectionem extrinsecam accessuram ex eo, quod Deus omnes creature prædictas simul produceret. Primo: quia perfectio quædam extrinseca est cuiusvis potentia reduci ad actum, cuius est potentia; maximaque proinde cuiusvis potentia extrinseca perfectio erit ad omnem actum sibi simul possibilem simul reduci. In eo autem casu omnipotentia Dei ad omnem actum sibi simul possibilem simul reduceretur. Et quidem, ut est perfectio intellectus diuini ad omnem actum sibi simul possibilem esse simul reductum, cognoscendo scilicet simul omnia, quæ simul ab ipso cognoscibilia sunt; cur non erit perfectio omnipotentia diuinæ ad omnem actum simul sibi possibilem esse simul reductam, producendo simul omnia, quæ simul ab ipsa producibilia sunt? Præterea, quoniam in casu posse dici non posset exhausta, & effecta omnipotentialia diuinæ, prout ista vocabula defectum aliquem intrinsecæ virtutis, atque adeo imperfectionem aliquam indicant. Tum quia adhuc superessent possibles, ac producibilis à Deo omnes alia creature, quæ simul produci non possunt

iuxta dicta proposit. 1. Tum quia Deus in actu continuo permaneret productionis creature simul producibilium, dum eas omnes semel productas continuo conseruaret, Et sicut non dicitur exhaustiri potentia intellectiva Dei ex eo, quod omnia cognoscibilia cognoscat simul; ita nec potentia productiva exhaustiri dicenda est ex eo, quod simul produceret omnia producibilia. Tum quia Deus omnes dictas creature semel productas destruere posset, & iterum, atque iterum reproducere, quod omnimoda indemnitas, integratissime inammissibilis potentiaz diuinæ argumentum est. Tum quia, non posse Deum alias creature, præter productas, in casu positio denuò producere, non ex defectu virtutis intrinseca omnipotentia eius, sed ex defectu extrinseco possibilis eorum nascetur. Sicut ex defectu possibilis chymarum nascitur modò, quod Deus nequeat illas producere. Quo fit, ut Deus non sit nunc minus potens intrinsecè ad eas causandas, quam est, si illæ forent possibles. Tum quia, ut modò potentia generativa Patris aeterni, & potentia spirativa Patris, & Filii non dicuntur exhaustæ, aut effectæ, quod amplius ad intra nequeant producere, quam de facto producunt. Ita nec omnipotentia in casu dicto talis est dicenda, quod amplius ad extra requirit producere, quam de facto produceret. Tum denique quia nunc de facto omnipotentia Dei non dicitur immunita, aut minus potens intrinsecè, quam erat antea, ex eo, quod Mundum, & omnes creature eius produxit; cum certum sit, eò iam pauciores ex omnibus possibilibus posse eam denuò producere, quod plures produxit de facto. Ergo neque diceretur exhausta, aut impossibile intrinsecè ad producendas creature, et si omnes possibles produxisset defecto. Ut enim nunc, non posse illam denuò producere eas, quas iam produxit, non ex ipsius defectu aliquo intrinseco nascitur; sed ex eo præcisè, quod iam illas produxit, ita in casu positio, non posse illam denuò producere vilam, non ex ipsius viro defectu intrinseco nascetur, sed ex eo præcisè, quod iam produxisset omnes possibles. Ex quibus omnibus apparet, quamdebile sit fundamentum sententia contraria, quamque nihil per illud contra propositionem nostram præfetur.

## DISPUTATIO XIV.

## De infinite ipsa Dei.

**P**ostquam in præcedenti disputatione de infinite, deque infinite in genere differimus, prouam iam est, ut in præsenti de infinite ipsa Dei specialiter differamus.

## QUAESTIO I.

**Quid sit; siue in quo consistat infinite Dei secundum essentiam.**

**P**er ea, quæ disp. 13. q. 1. de infinite secundum accidens, & de infinite secundum essentiam, deque discrimine earum generatim statuimus fere determinatum manet, in quo iuxta-

sententiam nostram consistat infinitas Dei secundum essentiam. Oportet tamen nihilominus questionem hanc examinare speciatim, vt, alijs in ea sententijs relatis, atque repudiatis, & clarius innotescat nostra, & firmius subsistat.

**2.** Prima igitur sententia est Alberti in 1. dist. 43. art. 7. docentis, etenim Deum esse infinitum quatenus, cum sit finis omnium, ab alio non finitur. Et hoc tripliciter. Primo enim non finitur loco, Secundo non finitur tempore. Tertio non finitur ab illo intellectu creato. Sed haec sententia communiter rejicitur. Tum quia ex predicatoro, quod Deus habet ultimi finis sumptu praesce infinitas Dei nequaquam infertur. Tum quia non habet Deus ab attributo speciali infinitas, de quo modo agitur, hoc, quod est, non finiri aut loco, aut tempore, aut intellectione creatae. Horum namque primum ab imminestate, secundum ab aeternitate, & tertium ab incomprehensibilitate habet, quae ab attributo infinitatis speciali attributa diuerla sunt, vt est notum.

**3.** Secunda sententia est Aureoli in 1. dist. 43. art. 1. dicentis, ob tres rationes Deum esse infinitum. Prima est: quia Deitas in se reipsa totalis, & implurificabilis est. Propterea enim est infinitus conceptus cuiusvis speciei in mente illud aduantis; quia, cum ibi sit unicus, atque adeo implurificabilis, totaliter in se continet omnia individua, quae infinita sunt. Deus autem reipsa habet, quod habet conceptus specificus in mente illud concipientis. Secunda ratio est: quia attributa Dei infinita quoad multitudinem sunt. Tertia: quia perfectio Dei quoad valorem omnes perfections creaturarum possibilium, quae infinitae sunt, longe excedit. Ceterum prima ratio rejicitur. Quia, licet Deus sit unicus, & implurificabilis reipsa in multa individua sua speciei, sicut est unusquisque Angelorum in sententia Thomistica, totalitatemque propter ea sua speciei ipsum solus habet; nullatenus tamen continet in se reipsa individua quoad multitudinem infinita, vt continere supponuntur conceptus specifici creaturarum. Atque ita, licet hi titulo isto a sua totalitate specifica infiniti censendi veniant: non tamen est, cur Deus a sua longe diuersa infinitus veniat censendus. Sicut neque a simili sua iuxta sententiam dictam censendus venit infinitus unusquisque Angelorum. Secunda etiam ratio rejicitur. Quia attributa diuina ne per rationem quidem, nedum realiter, sunt multitudine infinita, prout supra disp. 2. q. 8. statutum est. Tertia vero ratio, quod magis ad veritatem accedit, non rejicienda modo, sed infra pro nostra sententia per ipsam illius explicationem, & probationem trahenda est.

**4.** Tertia sententia est aliquorum Thomistarum assertorium cum S. Tho. 1. p. q. 7. art. 1. & lib. 1. contra Gent. cap. 34. idcirco Deum esse infinitum; quia esse Dei non est receptum, neque receptibile in aliquo: cum Deus sit ipsum suum esse subsistens. Quasi finitudo creaturarum inde proueniat, quod habeant esse, sive existentiam receptam in essentia, existentiae proinde earum, & existentia vicissim se se terminant, coarctant, & finiant: quo pacto materia, & forma se se mutuo finiunt, & terminant. Haec tamen sententia ab alijs plerisque non admittitur. Primo: quia neque creaturae habent esse, sive existentiam receptam in essentia: cum earum existentia, & existentia unum, & idem sit reipsa; vt contra predictos Thomistas ostendimus in Pharo Scient. disp. 9. q. 6. Vnde, si eo titulo esset Deus infinit-

tus; quia non habet esse receptum in aliquo, sed ipse est suum ipsum esse subsistens, Angeli quoque, & cetera huiusmodi substantiae create infinitae essent, sicut Deus: (quod tamen est absurdum); quandoquidem neque habent esse receptum in aliquo, sed ipsa sunt suum ipsum esse subsistens. Secundo: quia sicut materia extrinsecè tantum terminatur per formam, & forma per materiam; impropièque subinde, & abs re præsente dicerent esse infinitæ materia carens formâ, & anima separata à materia; quod neque illa esset ut sic terminata per formam, neque haec per materiam, prout satis constat ex dictis supra disp. 13. q. 1. ita dato, quod existentia, & essentia in creaturis distinguuntur realiter, extrinsecè ut summum dici posset alterutra per alteram terminari; impropièque proinde, & abs re præsente dicetur Deus infinitus eo praesce, quod neque eius essentia per existentiam, neque existentia per essentiam sic terminata est. Id quod exinde confirmatur; quia, vt constat etiam ex dictis loco citato, ille dumtaxat conceptus est capax infinitudinis, vel finititudinis propriè dictæ, sicut & in qualitatibus, vel æqualitatibus cum alio, qui quantitatem metaphysicam habet, ex genereque eorum propteræ est, qui sufficiunt dicuntur magis & minus. Sed neque conceptus essentia, neque conceptus existentia per se formaliter quantitatem metaphysicam habent, ut ibidem notatum est. Ergo neque essentia, neque existentia Dei per se formaliter propriè infinitæ dici possunt, quantumuis, quod reipsa sunt idem, non terminata extrinsecè essentia per existentiam, & existentia per essentiam dicantur. Et consequenter neque Deus potest propriè dici infinitius ex eo, quod essentia eius, & existentia huiusmodi continent extrinsecè terminatione.

Quarta sententia est Vazq. 1. p. disp. 25. cap. 5. in eo ponentis infinitatem Dei secundum essentiam, quod non est ens ab alio tanquam à causa atque adeo essentiam habet non limitatam, nec terminatam, neque finitam per continentiam in causâ, vii habet omnis effectus à causâ oriundus, & consequenter infinitam. Neque haec sententia placet plerisque. Primo: quia huiusmodi infinitudo excludens terminationem extrinsecam, qualem habere dicitur effectus per continentiam in sua causâ, valde improppria est, extraneaque à propriâ Dei infinitudine, de qua tractamus. Ut enī ens effectum nullum causans improppriè dicitur infinitum ex eo, quod ad effectum non est terminatum, vt est, quod eum causat; ita ens a nulla causâ oriundum improppriè dicitur infinitum ex eo, quod per continentiam in causâ terminatum non est, vt est, quod continetur in causâ. Id quod inde etiam confirmatur. Quia talis Dei infinitudo nullam in eius essentia supponit metaphysicam quantitatem: absque qua nulla stare potest infinitudo propriè dicta, prout constat ex iam dictis tum n. præc. tum disp. 13. q. 1. ibi etiam citata. Secundo: quia Verbum diuinum in Parte vi in suo principio productivo continetur suo modo, terminatumque dici potest quodammodo per huiusmodi continentiam, vii dicitur terminatus effectus per continentiam in sua causâ. Et tamen non propteræ Verbum diuinum definit esse infinitum infinitudine propriâ Dei. Ergo ad istam infinitudinem impertinens est terminatio, aut non terminatio per continentiam in alio tanquam in principio productivo, vel tanquam in causâ. Tertio: quia conceptione communi infinitas Dei aliud

aliud est formaliter à predicato entis à se, sive entis independentis ab alio tanquam à causa; in quo stat formaliter per causam non esse terminatum, sive finitum: longèque evidentius, faciliusque explicatu apud omnes est, Deum esse ens increatum, sive à se, quam esse ens infinitum. Ignorant non sunt unus, & idem isti conceptus. Itaque, licet ex predicato entis à se, sive independentis à causa bene inferatur infinitas propria Dei, ut postea videbimus: non ea consilit in tali predicato formaliter, prout Vaz epinatus est.

<sup>6</sup> Quinta sententia est Scotti in 1. dist. 2. q. 2. probant, infinitatem Dei ex quadruplici capite. Primum est; quia Deus est infinitorum, qualia sunt omnia possibilia, factiūs. Secundum; quia est infinitorum corūdem intellectus. Tertium; quia est finis, in quo solo quietatur voluntas; & hoc dūratax quietatur in bono infinito. Quartum denique; quia est ens eminentissimum omnium, eoque iure nullo alio enter possibili inferius quoad perfectionem. Cūm tamen quodvis ens finitum ab alio possibili quoad perfectionem excedatur. Ceterum Scot. ex tribus prioribus capitibus non videtur bene probare assūptum. Quia ex eo, quod Deus sit factiūs infinitorum entium possibilium, corūdemque cognoscitius, ut summū arguit infinitudo omnipotentia, & scientia Dei; non verò item infinitudo, de qua tractamus, quæ speciale Dei attributum est, & omnia attributa intrinseca Dei transcendit, prout exponemus postmodum. Ex eo autem, quod voluntas in solo Deo tanquam in ultimo fine quietetur, ut summū etiam infertur, Deum omnium bonorum maximum esse; fecus esse infinitum. Nam casu, quod omnia bona essent finita, in maximo omnium quietaret voluntas; quia non esset maius, quod appeteret: & tamen illud in eo casu non esset infinitum. Paulus melius ex quarto capite deducit Scot. infinitatem Dei, iuxta ea, quæ dicemus infra circa sententiam septimam.

<sup>7</sup> Sexta sententia est asserentium, ideo Deum esse infinitum; quia sub nullo genere continetur. Sed non bene. Primo; quia quodvis supremum genus sub nullo alio genere continetur; & tamen non propter infinitum est infinitate saltem, de qua tractamus, vt est notum. Secundo; quia licet Deus secundum quādam considerationē sub nullo genere continetur, secundum alias sub multis continetur, vt latè explicatum est supra disp. 1. l. q. 5. Non igitur est ideo infinitus; quia non continetur sub vlo genere. Tertiò; quia continetur, quia quodvis ens sub aliquo genere continetur; potius est rationis, quām realis; vt constat ex generali doctrina tradīta in Pharo Scient. disp. 17. Ergo ex eo, quod Deus non sic contentus sub genere, eoque iure nec sit per genus limitatus, seu terminatus, seu finitus, non sequitur, eum esse infinitum infinitudine reali, de qua in praesenti sermo est.

<sup>8</sup> Septima denique sententia propriis ad veritatem accedens in quantitate metaphysicā perfectionis diuinæ agnoscit ipsius infinitatem secundum essentiam. Sed non omnes huius sententiae sectatores eodem modo explicant illam. Nam Soar. lib. 2. de Attributis cap. 1. Grau. 1. p. tract. 3. disp. 2. & alij ad circa, censem, Deum esse infinitum secundum essentiam; quia ita omnia alia entia excedit quoad perfectionem, vt à nullo excedatur. Arriaga verò 1. p. disp. 2. lect. 7. & Quirós 1. par. tom. 1. in comm. 3. Th. q. 7. art. 1. in-

continentia eminentiā omnis perfectionis sine imperfectione ponunt infinitatem Dei. Hoc autem 1. p. tract. de Attributis, disp. 5. dicit, in eo consistere infinitatem Dei in esendo, quod tantè sit perfectionis, vt nulla alia entitas quantumvis sit perfectior, & perfectior sine fine, possit ei æquare. Tanner, denique 1. p. disp. 2. q. 4. dnb. 1. referens pro se Valent. & Soar. ait, Deum esse formaliter infinitum secundum essentiam; quia adeo essentialem excellens est, vt careat in luâ essentiā vlo termino, & limite perfectionis.

Ego vero censeo, infinitatem Dei secundum <sup>9</sup> essentiam in eo formaliter consistere, quod quantitas metaphysica eius nullum terminum habeat. Qua ratione quantitas metaphysica etiūsuis entis termino carere censetur, atque adeo infinita esse iuxta doctrinam vniuersalem traditam supra disp. 13. q. 1. Ab eo enim dicitur quodvis ens secundum essentiam infinitum, quod quantitas metaphysica eius suo modo infinita est; eo quod eam tantam esse, ex speciali talis ens essentiā prouenit, prout ibidem est explicatum. Ceterum; quia in Deo tot quantitates metaphysicæ veniunt considerandæ, quæ sunt attributa, seu prædicata eius per rationem nostrā distincta ex genere eorum, quæ suscipere dicuntur magis, & minus, atque adeo quæ metaphysicæ quanta sunt; totidem in ipso infinitudines sunt adstruendæ distinctæ partes per nostram rationem. Atque ita infinitus dicendus quoad perfectionem, sive physicam bonitatem; infinitus quoad sanctitatem, sive bonitatem moralem; infinitus quoad scientiam, sive sapientiam; infinitus quoad potentiam, sive virtutem causatiuum; infinitus quoad vocationem; infinitus quoad durationem; quoad alia que huiusmodi prædicata; quæ omnia ex genere eorum sunt, quæ magis, & minus suscipere, atque adeo quantitatē metaphysicam habere dicuntur, in Deoque infinitam habent: eo quod multitudo partium quasi intensionis, ex quibus & quivalenter talis quantitas, eti formaliter indiscibilis, constare censetur, infinita est iuxta dicta loco citato. Verum enim verò, quamquam Deus ab istis omnibus suorum prædicatorum infinitibus infinitus secundum essentiam dici possit, & debet propter rationem indicatam, & loco citato latius expositam; potissimum tamen dici potest, & solet talis ab infinitate perfectionis, seu bonitatis essentiæ suæ. Specialis enim, aut etiam proprius venit dicendum ens infinitum secundum essentiam, seu quoad essentiam id, quod infinitè perfectam essentiam habet, seu cuius essentiæ perfectio infinita est. Sive sit sermo de essentiā physici; quo casu perfectio infinita Dei omnium, quæ in Deo sunt realiter idem, perfectionem contingit in se; sive de essentiā metaphysicā; quo casu perfectio essentiæ infinita Dei formaliter erit distincta à perfectionibus infinitis etiam singulorum attributorum. Etenim conceptus perfectionis, sive bonitatis in vniuersum ynum est ex attributis Dei transcendētibus, sive omnibus, & singulis diuinis formalitatibus conueniens formaliter, atque adeo per totidem sui formalitates distributum, distribuibile ve per illas, ut facias ex se constat, & amplius constabit ex dicendis disp. 16.

Est tamen animaduertendum, eti infinitas Dei secundum essentiam in eo formaliter consistat, quod quævis quantitas metaphysica eius, & potissimum quantitas metaphysica perfectionis essentiæ suæ termino careat, sive fine suo modo;

vti infinitas cuiusvis entis secundum accidens consistit formaliter in eo, quod quantitas eius physica seu multitudinis, seu extensionis etiam suo modo caret termino, sive fine iuxta dicta, etiam logo citato, ita tamen summe esse eum quasi materialiter quoad quamvis suarum metaphysicarum quantitatum infinitum, ut nullum sit aliud excogitabile ens quoad earum aliquam infinitum similiter, quod ab illo quasi materialiter non excedatur infinitus infinitus quodammodo. Quemadmodum enim quanta physica infinita, licet in infinitate formaliter convenient, sumptaque prout infinita formaliter neutrām inēqualia sunt; at materialiter sumpta adeo sunt inter se inēqualia, ut alia ab alijs infinitē, aut etiam infinites infinitē excedantur; vnumque maximum omnium, atque adeo summum datur tum in unoquoque genere, tum absolute cetera pariter excedens, prout supra disp. 13. abundē explicatum est, & probatum. Sic quanta metaphysica infinita, licet in infinitate formaliter suo modo convenient, sumptaque suo etiam modo formaliter prout infinita inēqualia non sunt; at sumpta quasi materialiter adeo inter se sunt inēqualia, ut alia ab alijs infinitē, aut etiam infinites infinitē excedantur; vnumque maximum omnium atque adeo summum datur, tum in unoquoque genere, tum absolute cetera pariter excedens. Quantum autem metaphysicum infinitum absolute maximum omnium, atque adeo simpliciter summum ceteraque cuncta excogitabilia non solum distributiū, sed etiam collectiū infinitos infinitē excedens; idque quoad omnes, & singulas paulo ante commemoratas metaphysicas quantitates; idque insuper non tantum absolute, sed etiam in quibus data hypotesi, ipse utique Deus noster est.

<sup>11</sup> Praterquamquod autem Deus ita summe infinitus est quoad quamlibet suam metaphysicam quantitatem, ut infinites infinitē excedat quoad illam cetera cuncta entia excogitabilia, non solum distributiū sumpta, sed etiam collectiū, nec solum absolute, sed ex quibus data hypothesi possibilia; eo quod talis quantitas in Deo infinites infinitē est maior, quam in quibus alio ente in quoisque entium aggregato illam infinitam habente: aliam insuper Deus titulus entis à se, fontalisque ceterorum entium principij prærogatiuum habet ab omni alio ente, ab omnique aggregato entium, quantumvis infinito, prorsus aliena, continentiam scilicet eminentiam, qua, quidquid perfectionis, seu bonitatis in ceteris omnibus entibus excogitabile est, ita in se, atque adeo in sua perfectione, seu beatitate, formaliter continet eminenter, ut ipse solus non, & quē tantum, sed magis sit perfectus, & bonus, quam aggregatum ex ipso, ex ceterisque omnibus entibus possibilibus sumpta coalescens; ut alias dicebamus supra disp. 13. q. 9. & iterum dicemus infra disp. 16.

<sup>12</sup> Ex quibus omnibus perspicue apparet, quid sit, & in quo consistat infinitas Dei secundum essentiam. Et quid verum habeant, aut fecus singuli modi explicandi illam, quos pro septima sententiā retuli mus.

## QVÆSTIO II.

Verū Deus sit infinitus.

<sup>13</sup> Thnici, qui per errorem Celo, vel Mundo diuiditatem attribuerunt, aut Deum quoquo modo posuerunt corporeum; necnon, qui sibi plures fixerunt Deos, circa Dei infinitatem consequenter errarunt. E Christianis vero, testante D. Bonaventure, in 1. dist. 43. q. 1. non defuerunt, qui dicunt, Deum non in se, sed nobis infinitum esse, quatenus à nobis est incomprehensibilis. Alij autem, ut refert S. Thom. in 1. dist. 43. q. 1. art. 1, secundum potentiam; non vero secundum essentiam Deum infinitum esse putarunt. Cum quibus videretur sentire Albert. ibid. art. 1. Fauereque videatur Arist. dum lib. 3. Phys. text. 3. & 15. probat, substantiam infinitam esse per se non posse, sed dumtaxat secundum accidens, si quanta sit. Nouissime denique Vorstius Calvinista temere docet, probare contendit à pag. 234. Deum non esse simpliciter infinitum, neque essendo, neque operando, ut videtur est apud Beccan. 1. tract. 1. cap. 5. Ceteri vero Catholici uno ore confitentur, absoluteque pronunciant, Deum esse infinitum.

## Propositio 1.

Deum infinitum esse, certum secundum fidem est.

Id enim constat ex sacra Scriptura, iuncta communi intelligentia, communique consensu Patrum, & Theologorum. Imprimis enim expressè dicitur Psal. 144. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis.* Deinde pluribus in locis infinitudo Dei quod potentiam, sapientiam, aeternitatem, immensitatem, bonitatem, & consequenter quodam essentiam tacite latet indicatur, sive supponitur. Vnde Theodore, in Epitome diuinorum decretorum in 1. cap. de Principio circa medium ait, *Deum esse infinitum, non circumscribi posse aut quodam substantiam, aut quod ad potentiam, & ex veteri, & ex novo Testamento didicimus.* Et Dionys. cap. 9. de Diuinis nomin. initio de Deo dicit, *quod omnem numerum superat, omnem infinitatem transilit.* Nazianz. orat. 2. in Pascha non longè à principio Deum vocat, *Pelagus quoddam essentia immensus, & interminatus.* Basil. homil. in principium Ioh. *Infinitus Pater, infinitus Filius.* Nyctenus orat. 1. in id Genes. 1. Faciamus bonitem. *Magnum, inquit, cogiti, & huic magno plus etiam adde, quam cogitasti, atque ita exple cogitatione tuam, neque unquam, que infinita sunt, capies.* Nec magnitudine concluditur, nec finibus cabebetur. August. lib. de speculo cap. 33. circa finem ait. *Sicut corde credo ad infinitam; ita ore conficeor ad salutem, te unum Deum in magnitudine infinitum.* Damascen. lib. 1. fidei cap. 4. fine. *Infinita igitur divinitas, & incomprehensibilis; & hoc solus eius comprehensibile infinitas, & incomprehensibilitas.* Et cap. 8. initio. *Credimus in unum Deum infinitum incircumspectum, interminatum, infinitum potenter.* Et cap. 12. paulò post principium. *Totum in se ipso comprehendens habet ipsum esse.*

15 *veluti quoddam pelagus substantia infinitum, & interminum.* Cyparissota decad. 10. cap. 10. dicit, Deum esse *essentia infinitum*, Et similia habent alij. Eamdemque Dei infinitatem supponunt communiter Patres, dum tanquam principium certum statuum, Deum esse *id, quo nihil melius, aut maius excogitari potest*. Cum euident sit, omni ente finito maius aliud in suo genere excogitable, & possibile esse; subindeque non posse non esse infinitum *id, quo maius aliud non est excogitabile, atque adeo neque possibile*. Videantur ad rem August. lib. 1. de Doctrinâ Christianâ cap. 7. Bernard. lib. 5. de Considerat. præcipue circa medium; Anselm. in Proslog. cap. 7. Ricard. Victor. lib. 1. de Trinit. cap. 20. & alij.

Eidemque veritati attestantur, vt ait S. Th. lib. 1. contra Gent. cap. 43. antiquissimorum Philosophorum dicta, qui omnes infinitum posuerunt prius rerum Principium. Et infra nominatum refert Democritum, & Anaxagoram. A simplicio autem lib. 1. Phys. referuntur Melisius, & Parmenides; & à Laertio Anaximenes; qui Deum appellare solebant Principium infinitum. Et Arift. lib. 3. Phys. text. 30. loquens de infinito ait, rationabiliter Principium ipsum ponunt omnes. Ipsaque in Deo potentiam infinitam posuit lib. 8. Phys. text. 87. & lib. 12. Metaph. text. 41. Nec obstat, quod dixit loco citato supra n. 13. substantiam infinitam esse non posse. Nam id etiam est verum, loquendo de substantia formaliter, ut substantia est, sub quo conceptu non fuscipit magis, & minus; atque adeo nec quantitatem, nec intensitatem propriam habere potest; ut constat ex generali doctrinâ tradita à nobis disp. 13. q. 1.

16 Referunt præterea pro veritate prædictâ multi Theologi definitionem Ecclesie vt contentam in cap. Firmiter de summa Trinit. de fide catholica ex Concilio Lateran. sub Innocent. 3. atque etiam in symbolo Athanasij. Sed neutro in loco legitur *infinitas* verbum, sed tantum *immensitas*. Quia aliud est Dei ab infinite attributum. Tamet' ex immensitate alia statuta, & probata infinitas bene possit inferri.

17 Ex quibus omnibus palam est, Deum iuxta Scripturam prout intellectam à Patribus, secundumque Patres ipsos, imo & Philosophos non solum esse infinitum secundum aliquod attributum, sed etiam secundum essentiam, hoc est, secundum omnem essentiam ipsius perfectionem. Quod inde etiam constat; quia, vt docet August. lib. 5. de Trinit. cap. 8. In iis, quæ non mole magna sunt (qualis est Deus) hoc est *maius esse*, quod *melius esse*. Idemque proinde erit, carere sine Dei magnitudinem, ut Scriptura testatur vel expresse, vel tacite, ac perfectionem omnem, ipsius essentiam infinitam. Quod est, ipsum secundum essentiam infinitum esse. Quare S. Th. & S. Bonav. vbi supra erroneam censent illam sententiam, quæ Deum non secundum essentiam, sed tantum secundum potentiam possebat infinitum.

### Propositio. 2.

18 Deum simpliciter, atque adeo secundum essentiam, sive secundum essentiam perfectionem esse infinitum, etiam est certum, atque adeo euident secundum rationem naturalem.

Quanquam enim multi putauerint, vt resista. tur Molina 1. p. q. 7. art. 1. & Fafol. ibid. n. 66. infinitatem Dei secundum essentiam ratione naturali non demonstrari, sed tantum fide vt certam teneri. Oppositum tamen est verius, vt bene doceat Tannerus 1. part. disp. 4. dub. 1. & alij communiter. Id quod ex ipsis rationibus adducendis haud dubiè demonstrativus, eiufmodique subinde infinitatem Dei demonstrantibus compertum fiet.

19 Sit prima ratio, quæ desumitur ex conceptu entis à se alijs de Deo in superioribus demonstrato. Hoc enim ipso, quod Deus à se essentialiter, non verò ab illâ causâ sui effectu habet esse, atque adeo & perfectionem entitativam, sine essentiale, nequit non hac esse illimitata, atque adeo infinita. Quippe limitatio quoad esse, atque adeo quoad essentiale perfectionem aliunde, quā à causâ efficiente tribuente tale esse cum tantâ, vel tantâ essentiâ perfectione prouenire non potest; vt satis superque ex ipsis terminis videatur manifestum. Quanquam enim, quod sit effectus tantæ, vel tantæ perfectionis essentialis, ab arbitrio cause non penderat, vt non pender, quod ille sit talis effectus, & non alterius; tamen eo ipso, quod ille per ipsam suam essentiam est ens oriundum ab alio habente esse à se, ab hoc limitari censetur quoad essentiale perfectionem; dum titulo essendi ab illo longe minorem necessariò, imo infinitè minorem, quam illud, habet. Quo occurritur obiectio facta contra rationem illam ab Arriag. 1. p. disp. 2. n. 55.

20 Secunda ratio in prædicato principij primi, seu primi fontis totius esse, quod Deus habet, euidenter fundanda venit. Cum enim si euident, non posse causam non præcontingere in se aliquo modo perfectionem, quam communicat, sive communicare vales suo effectui; quia nemo dat, quod non habet; atque ideo nec posse causam adæquatam non esse aut magis, aut saltē æquè perfectam in suo esse, ac est effectus ab illâ oriundus: confellum sit, causam primam, (qualis Deus est), à qua adæquatæ possumit ducere originem infinitæ creature, quas esse possibiles statuimus disp. 13. q. 3. non posse non præcontingere in se aliquo modo omnem perfectionem earum: atque adeo nec posse non esse aut magis, aut saltē æquè perfectam in suo esse, ac est integrum, & infinitum eorumdem aggregatum. Quod ipsum est, est illam infinitè perfectam in suo esse, iuxta doctrinam etiam statutam disp. 13. q. 8. Idque, sive ab huiusmodi causa primâ possunt produci creatura simul in multitudine infinita, ut plerique putant, sive, vt fatentur omnes, saltē in quous numero finito maiore, & maiore in infinitum. Quod perinde est ad rem; vt satis superque erit euident consideranti. De quo videri potest Fafol. 1. p. q. 7. art. 1. dubit. 1. & seqq. Supponit autem hac ratio ex doctrinâ traditâ disp. 13. q. illa 8. citata, causam adæquatam aut maiorem, aut saltē æqualem quoad perfectionem aggregato infinitorum entium in se contentorum eo ipso esse quoad perfectionem infinitam. Quo obiectio facta etiam ab Arriag. contra illam n. 56. evanescit.

21 Tertia ratio ex conceptu actus purissimi reperio in Deo, & à nobis demonstrato supra disp. 1. q. 12. sumenda est. Ex eo enim, quod Deus titulus purissimi actus per nihil à se distinctum perfici potest; nullamque subinde additionem, qua

qua augatur, potest perfectio eius admirere, plane sequitur, eiusmodi ipsius perfectionem infinitam esse. Nam, licet non sit de ratione quanti infiniti non posse augeri; potest siquidem infinitum quantum per additionem maius fieri, quam antea erat, ut ex doctrina disp. 13, tradita constat aperte. At nequit non infinitum esse de ratione cuiusvis quanti, quod augeri non potest. Cum nequeat non augibile esse quodvis quantum finitum; quia nullum est, quo maius aliud esse non possit, ut etiam constat ex dictis in eadem disp. 13. Itaque ex eo, quod quantitas metaphysica diuinæ perfectionis non sic augibilis, aperie sequitur, eam esse infinitam.

<sup>22</sup> Quartò ex unitate diuinæ aliunde ostendit, atque supposita eius infinitudo inferenda venit. Cum cuilibet enti finito plura æqualia, & similia necessariò sint possibilia iuxta argumenta facta supra disp. 13, q. 3. Atque ita nequeat non esse infinitum illud, cui nullum aliud æquale, aut simile possibile est, vnicumque propteræ est in sua specie.

<sup>23</sup> Quintò ex infiniteudine aliunde probata aliorum attributorum Dei, ut aternitatis, immensitatis, scientiæ, potentia, &c. infinitudo perfectionis essentia metaphysica eius manifestè colligitur. Competum enim est, non posse non esse essentiam infinitè perfectam, quæ proprietates sibi annexas habet in suis generibus infinitas: maxime cum infinito proprij generis cuiusvis istarum proprietatum aperte item arguat infinitudinem perfectionis, seu bonitatis eius. Quia eo ipso, quod præsentiæ localis, vel duratio, vel potentia causativa, vel scientia ut sic est quædam perfectione seu quoddam bonum, non potest non præsentiæ, vel duratio, vel potentia, vel scientia infinita, habere perfectionem, seu bonitatem infinitam, infinitè ve perfectam, seu bonam esse, ut nouum est.

<sup>24</sup> Sextò ex ipsis terminis videtur evidens, vnicum ens à se estimabilis, & melius esse, quam multitudine infinita entium ab alio: atque ita perfectionem essentiale vniuersitatis à se maiorem esse perfectione totius aggregati infiniti entium ab alio. Quod stare nequit, nisi illa sit infinita; ut constat ex se, & ex dictis disp. 13, q. 8. Est igitur evidens, Deum vnicum ens à se quoad perfectionem sui essentiale infinitum esse. Et quidem, si est possibile ens ab alio, cuius vniuersitatio essentiale rotius aggregati infiniti aliorum entium inferiorum superet perfectionem, eoque iure sit infinita, ut ibi a nobis est statutum. Quis dubitat vniuersitatis à se perfectionem infinitorum entium ab alio, imo omnium possibilium, perfectionem excedere; vel eoque latem iure, propteræ non posse non esse infinitam?

<sup>25</sup> Septima ratio. Possibilis est quantitas physica molis continua, in eodemque proinde ente reperta, quæ sit infinita in suo genere; ut constat ex doctrina statuta disp. 13. Ergo & possibilis est quantitas metaphysica perfectionis in eodem ente reperta, quæ in suo similiter genere sit infinita. Non enim est excogitabilis ratio, cur potius hec repugnet, quam illa. Quo posito, quantitatem metaphysicam perfectionis Dei essentiales tam potissimum omnium esse debere, compertissimum est. Imo vero eo ipso, quod sit possibilis quantitas physica infinita, sive continua, sive discreta iuxta dicta ibidem, nequit non esse consequenter possibilis quantitas metaphysica discreta perfectionis: quia neque possunt non esse infi-

nite partes in qualibet quantitate physica, nec possunt non singulæ earum aliquam metaphysicam quantitatem perfectionis habere. Quod est, in qualibet infinita quantitate physica possibili infinitam multitudinem perfectionum reperi, siue infinitam quantitatem metaphysicam discretam earundem perfectionum esse possibilem. Unde rursus arguitur possibilis infinita quantitas metaphysica perfectionis quasi continua, hoc est in uno, & eodem ente indivisum reperta; atque adeo maximè omnium in uno Deo.

Mirto alias rationes minus mihi efficaces, quæ pro statuta propositione solent asserti, & videri possunt apud Fasolum t.p. q. 7. art. 1. à dubit. 2. apud Recupitum lib. 4. de Deo uno quesit, & apud alios. Venioque ad soluenda argomenta, que contra illam possunt opponi, vel etiam solent.

Primò sic. Si Deus esset infinitus in genere entis, nullum ens aliud secundum compateretur: quia in le uno omnem haberet rationem entis: sicut, si daretur quantum molis circumquaque infinitum, nullum aliud quantum secum compateretur: quia repletus, & occuparet omne spatium locale possibile. At sunt plura alia entia distincta à Deo. Ergo Deus non est infinitus in genere entis. Respondeo, licet cum quanto molis circumquaque infinito non posset compati naturaliter aliud quantum: quia neque posset cum illo naturaliter penetrari in aliquo spacio locali, neque extra omne spacio locale posset existere: supernaturaliter tamen bene posset cum illo existere penetratum localiter. Sed (quidquid sit de hoc, in quo ad rem nulla est paritas) infinitudo Dei in genere entis nequivam recusat consilium aliorum entium: quia Deus titulo talis infinitudinis, ne eminenter quidem, nedum formaliter, debet absorbere, sive continere in se rationes eorum: quo locus superest, ut possint illi coexistere formaliter. Quidquid sit de continentia eminentiali, quam Deus eorum habet, non tam titulo infinitudinis predictæ, quam titulo causa primæ eorumdem, ut ex dictis in precedentibus colligere est.

Secundò opponitur. Si Deus esset infinitus bonus, excluderet à Mondo omnia mala. Sed datur in Mondo multa mala. Ergo Deus non est infinite bonus. Nego antecedens. Quia id, quod est infinitè bonum, à se ipso ut summum debet excludere omnia mala; non verò item ab alio quopiam à se distincto, qualis est Mundus respectu Dei. Cum eius malis proinde Deus & physicæ, & moraliter compati potest. Physicæ quidem; quia physicæ potest illis coexistere. Moraliter autem; quia sibi est bonum, atque adeo expediens illa permittere.

Tertiò opponitur. Finitum, & infinitum, passiones quanti sunt, sed Deo repugnat quantitas. Ergo & infinitas. Distinguendo maiorem. Sunt passiones quanti tam metaphysici, quam physicæ; concedo: physicæ tantum; nego. Deinde minorem. Sed Deo repugnat quantitas physicæ; concedo: metaphysica; nego. Et nego consequentiam. Quæ omnia ex superiori dictis satis conspicua sunt.

Quartò opponitur. Si Deus esset infinitus, non esset perfectus: quia de ratione perfecti est possidere, atque adeo habere suum finem; cum tamen de ratione infiniti sit carere sine. At Deus perfectus est. Ergo non infinitus. Et confirmari potest. Quia Deus est quid perfectum non tam

quam medium, sed tanquam finis. Ergo est quid finitum. Alioquin finis nihil finiret, contra ipsum quidditatatem. Respondeo, nomen *finis* aequo<sup>rum</sup>, sive analogie dicit de fine ad quem, quo res in suo esse persictrit, & de fine intra quem, quo quantitas rei limitatur: beneque proinde stare, rem esse perfectam in suo esse per possessionem sui finis ad quem; qualiter Deus per suum ipsum possessionem perfectus est; & nihilominus esse infinitam quoad aliquam sui quantitatem per carentiam finis intra quem limitatiui eius; qualiter Deus quoad quantitatem metaphysicam sit perfectionis, seu bonitatis, nec non sapientiae, potentiae, durationis, aliorumque huiusmodi attributorum infinitus est. Ex quo patet, quid sit dicendum ad argumentum, & ad eius confirmationem.

<sup>31</sup> Quinto opponitur. Si Deus esset infinitus quoad perfectionem, Deus esset substantia suprema, atque adeo ultima in aliqua serie substantiarum possibilium proportionaliter secundum excedentiam quoad perfectionem. Sed in nullâ serie substantiarum possibilium proportionaliter secundum excedentium quoad perfectionem est dabilis substantia aliqua, qua sit ultima. Ergo Deus non est infinitus quoad perfectionem. Respondeo primo, idem argumentum fieri posse, etiam si Deus peneretur quoad perfectionem finitus; cum sit certissimum, nullam aliam substantiam esse possibilem, cuius perfectio non sit minor perfectione Dei: quidquid sit de infinitudine huius, aut finitudine. Ex quo patet, per illud contra Dei infinititudinem nihil probari. Respondeo secundo, et si in series substantiarum possibilium proportionaliter secundum excedentium quoad perfectionem nulla sit ultima, sive suprema, quando singula substantiae earum in se sunt quoad perfectionem finita: ast quando in se infinitae sunt, una est semper omnium suprema, sive ultima iuxta doctrinam à nobis statutam supra disp. 13. q. 9. Vnde ex hoc capite nihil obstat infinitudini substantiarum diuinarum, quod alicuius seriei proportionalis aliarum supremarum atque, adeo ultima esset. Respondeo tamen tertio, Deum omnino esse extra omnem seriem proportionalem aliarum substantiarum: quia prout repugnat, habere Deum eamdem proportionem cum alijs substantijs, quam illa habent inter se; prout opus erat, ut in eadem serie proportionali cum illis poneretur. Excessus quippe, quo perfectio diuina omnem aliam perfectionem excedit, incomparabiliter est maior omni excessu perfectionis inter substancialias alias possibili.

<sup>32</sup> Sexto opponitur. Perfectio Dei mensura est perfectionis creaturarum, quatenus unquamque creatura eo est perfectior, quod minus distat à perfectione Dei. Ergo perfectio Dei non est infinita. Quia, si esset talis, omnes perfectiones creatarum infinitae, & consequenter aequaliter distarent ab illa. Atque adeo, & inter se essent aequales. Quod est absurdum. Respondeo primo, quantitatem perfectionum creaturarum non taxari penes maiorem, aut minorem distantiam à perfectione Dei; sed penes maiorem, aut minorem multitudinem suarum partium formalium, aut aequivalentium. Vnde tametsi distantia carum à perfectione diuina titulo infinitudinis esset aequalis, adhuc non possent non inter se manere inaequales. Sicut numeri necessarii sunt inter se inaequales; tametsi à multitudine infinita dicantur distare aequaliter; quia distant infinitae. Respondeo secundo, distantias, quibus perfectiones creatarum

distant à perfectione diuina penes harum inaequalitatem inaequales esse, quantumvis illæ sint distantiae infinitæ. Quia extrema infinita bene possumus esse vel inaequa, vel aequalia, ut supra disp. 12. q. 3. monstratum est. Sic namque distantiae, quibus infinita distant omnes numeri à multitudine infinita penes horum inaequalitatem inaequales haud dubie sunt.

Septimo opponitur. Infinitum iuxta Arist. lib. 3. Physic. cap. 6. est, cuius partes successivæ accipiuntur aliae, & aliae restant semper sine fine accipiendæ. Sed Deus nullas haberet partes; cum sit substantia indivisibilis. Ergo non est infinitus. Respondeo, definitionem propositam infiniti sumptam formaliter soli infinito physico conuenire. Ad infinitum vero metaphysicum, qualis est Deus, sat est, posse eam per quamdam aequivalentiam aptari, quatenus illud per quamdam etiam aequivalentiam ad physicum tale est, prout satis est explicatum supra disp. 13. q. 1. Vnde patet, indivisibilitatem physicam Dei eius infinitati metaphysicae nequaquam obstat.

Octavo opponitur. Deus est intuitiuè visibilis ab intellectu creato. Ergo non est infinitus. Negatur consequentia. Quia nihil est, quod veteri intellectum creatum posse eleuari ad intuitiuè vindendum obiectum infinitum.

Nono opponitur. Nulla creatura possibilis est infinita. Ergo nec Deus est infinitus. Pessima consequentia: quidquid sit de antecedente. Sicut hæc est pessima. Nulla creatura possibilis est ens à se. Ergo nec Deus.

Dicimmo nonne opponitur. Esse infinitum actu, & esse actu hoc aliquid, sunt contradictoria. Sed Deus est actu hoc aliquid. Ergo non est infinitus actu. Negatur maior omnino. Quia infinitas entis nullatenus pugnat cum ecceitate, sive individuatione eiusdem, ut satis per se est notum.

Vnde dicimus nonne opponitur. Potentia, <sup>27</sup> Dei non extenditur ad impossibilia. Ergo Deus non est infinitus secundum potentiam; atque adeo nec secundum essentiam. Concesso antecedente; nego consequentiam. Quia ad infinitudinem potentiaz Dei sat est, quod extendatur illa ad omnia possibilia, que infinita sunt iuxta dicta disp. 13. q. 3. Addo, potentiam Dei non ex defectu sua virtutis, sed ex eorum repugnantiâ non extendi ad impossibilia, extendenda utique ex hypothesi, quod redderentur possibilia. Id quod illius infinitudinem superabundanter commendat.

### QVÆSTIO III.

*Vtrum infinitas Dei sit attributum positivum, aut negativum.*

**E**X dictis disp. 1. q. 10. constat, infinitatem <sup>38</sup> Dei ipsius essentiam metaphysicam non constitueret; sed inrer eius attributa recensendum esse. Quærimus nunc, an inter negativa, an potius inter positiva recensenda sit. Aureol. in I. dist. 43. art. 1. Soar. lib. 2. de Attribut. cap. 1. & alij inter negativa recensent. Recupitus vero lib. 4. de Deo q. 2. Vekenus de Deo disp. 7. cap. 2. Derkennis de Deo disp. 3. cap. 1. s. 1. & alij inter positiva.

## Propositio 1.

39 Infinitas Dei in suo conceptu reali nullam negationem veram, seu veritatem negatiuam innoluit.

Probatur primò; quia infinitas Dei ex attributis est adæquatè intrinsecis Deo, atque adeò cum entitate Dei positivè adæquatè identificatis. Quod ipsum est, eam reipsa quid purè positio nem esse. Secundò; quia infinitas adhuc in infini to physico nullam negationem importat à parte rei. Ergo multò minus eam importabit in infinito metaphysico; qualis Deus est. Probo consequentiam. Quia infinitum metaphysicum tale, est præcisè per æquivalentiam ad physicum reipsa proflus indistinctam à sua positivè entitate. Deinde probo antecedens. Quia, licet infinitas infiniti physici si reipsa quedam exclusio finis, à quo, si daretur, evaderet illud finitum; at talen finem non excludit, remouendo aliquid positivum, sed ponendo potius illud positivum, per cuius carentiam constitueretur finis ipse. Quantum enim physicum tunc est finitum, quando ultra aliquam partem sui non dantur aliae: à quarum, proinde carentia, seu negatione pars illa denominatur ultima, atque adeò finis, sive terminus talis quanti reddens ipsum terminatum, sive finitum. Tunc verò è contra quantum physicum est infinitum quando nullam habet partem, ultra quam non sunt aliae; atque adeò nullam habet, quæ sit eius finis, sive terminus. Eiusque infinitas subinde in positione aliarum partium ultra quamlibet carentias, per quas erat finis constituendus, ipsarum partium positione formaliter remouet, sive impedit.

## Propositio 2.

40 Infinitas Dei, prout à nobis concipiatur, atque adeò in suo conceptu formalis negationem finis importat. Quæ tamen negatio non vera, sed merè suppositia est.

Prima pars propositionis ostenditur. Quia infinitum, & non finitum, & carent fine idem conceptus est apud nos. Constat autem conceptum hunc carente fine per carentiam, sive negationem finis constitui; atque adeò infinitatem vel esse ipsam carentiam finis, vel eam in se includere.

41 Posterior autem pars constat ex dictis prop. 1. Ibi enim ostendimus carentiam finis à parte rei quid positivum esse carentis excludens finem, quatenus excludit veram carentiam sui, per quam erat finis constituendus. Quemadmodum carentia tenebrarum aliud non est à positivè luce reipsa, quæ carentis excludit tenebras; quatenus sui carentiam veram excludit. Vnde, sicut negatio à nobis concepta, cùm dicimus, hic locus est non tenebrosus, sive non habens tenebras, non vera negatio, sed merè suppositia est; ita negatio à nobis concepta, cùm dicimus, hoc quantum est infinitum, sive non habens finem, non vera negatio, sed merè suppositia est.

42 Ex dictis in hac, & in precedente propositione concluditur, attributum infinitatis diuinæ ex genere eorum esse, quæ, cùm ex conceptu suo rea-

li, sive prout sunt à parte rei, sive attributa positiua, ex conceptu, tamen suo formalis, sive prout concipiuntur à nobis, attributa sunt negativa, iuxta divisionem factam attributorum Dei supra disp. 2. q. 3. quæ ad rem recolenda.

## QVAESTIO IV.

Verum infinitas Dei sit attributum ipsius speciale; vel secus.

E Sse speciale, tenet Aureol. in 1. dist. 43. art. 1. & alij plerique Theologi videntur supponere. Recupitus verò lib. 4. de Deo q. 1. supponens infinitatem diuinam alias Dei formalitates transscendere, censem, illam, ut cedit supra essentiam esse attributum Dei speciale; secus verò, ut cedit supra alia attributa. Cum quo quoad secundam partem consentit Derkennis de Deo disp. 3. cap. 1. §. 3. dissentiens quoad primam; quatenus putat, infinitatem comparatione essentia Dei non attributum, sed eius intrinsecum constitutum esse. Verum contra hoc iam nos q. præced. statuimus ex dictis disp. 1. q. 10. nequitquam essentiam Dei metaphysicam per Dei infinitatem constitui. Constat etiam ex doctrina à nobis traditâ disp. 13. q. 1. contra hic suppositum à Recupito, supra essentiam Dei immediate, utpote ex proprio conceptu nullatenus quantum, non posse infinitatem cadere. Quare in præsenti dumtaxat superest examinandum, an sit attributum Dei speciale infinitas cadens supra omnes eas formalitates diuinæ, quæ metaphysicè quantè sunt, utpote ex genere eorum conceptuum, qui suscipere dicuntur magis, & minus, etiæ sunt metaphysicè indivisiibiles.

Ceterum in triplici sensu dici potest infinitas speciale attributum Dei. Primum; quia est illius proprium, & nulli creaturæ commune. De quo sensu modò non agimus, acturi quæst. seq. Secundò; quia est attributum ex suo conceptu ab alijs distinctum formaliter, non verò complementum tantum imbutum in singulorum aliorum proprijs conceptibus. Quo sensu negat Recupitus, & Derkennis in præsenti questione esse infinitatem Dei speciale attributum. Tertio; quia est unus conceptus vniuocè significatus per ita nomina infinitas Dei, infinitus Deus, & non dumtaxat plures diversi, æquicchè subinde cadentes sub talia nomina. Quo etiam sensu ad hanc questionem pertinente debent consequenter negare prædicti auctores, ut expresse negat Derkennis, esse infinitatem Dei speciale attributum.

## Propositio 1.

Infinitas Dei tum in concreto, tum in abstracto sumpta unus conceptus est obiectivus vniuoce à nobis significatus, cùm absolute pronuntiamus, Deus est infinitus; Deus habet infinitatem; atque ita speciale est in hoc sensu attributum Dei.

Ratio est in promptu. Quia, quantumvis sint inter se diversæ specificæ quantitates metaphysicæ attributorum Dei, atque adeò & earum infinitudines, nimirum quantitates, infinitudines que

que sapientia, potentia, durationis, & cibationis, bonitatis, & sen perfectionis, sanctitatis diuinæ, &c. nihil est profecto quod vetet, concipi a nobis unus conceptus genericus abstractus ab illis tunc quancumque metaphysicæ, tum infinitudinis eius & à quo Deus absolute, & simpliciter tum magnus, tum infinitus concipiatur, & appelletur, sive denominetur. Qui proinde conceptus unus erit, in eoque sensu speciale attributum tum magnitudinis, tum infinitudinis Dei. Quemadmodum quantitas sine inter se diversa specificè quantitates physice rerum, & infinitudines earum: alia siquidem est quantitas discreta, alia continua; alia intentionis, alia extensionis; alia longitudinis, alia latitudinis, alia profunditatis; alia successiva, alia permanens, &c. ex quo aut infinita, aut finita; unus nihilominus unus conceptus genericus cunctis communis tum quantitatibus, tum quanti physici a nobis concipiatur per unicumque definitorem, prout videmus disp. 10. q. 1. similiterque unus conceptus genericus tum infinitudinis, tum infiniti physici iuxta dicta disp. 13. q. 1. Unus igitur conceptus infinitatis, sive infiniti vniuerso per ista nomina significans reperitur in Deo, qui ex titulo unum ipsum, & speciale attributum alterius non est.

**46** Nec obstat, huiusmodi conceptum unum, alijs diuinis attributis esse communem, ad hoc, ut dicatur esse speciale Dei attributum. Nam etiam conceptus bonitatis, necessitatis, aternitatis, immenitatis, ceterique huiusmodi transcendentes sunt communes alijs Dei attributis; & nihilominus unusquisque eorum speciale Dei attributum dicitur, atque reputatur ab omnibus. Cuius ratio à priori est: quia ad hoc, ut aliquis conceptus obiectivus copueniens Deo ipsius speciale attributum esse dicatur, in sensu praesentis questionis, sat est, quod ille à ceteris attributis diuinis formaliter, seu per rationem nostram, distinctus sit. Quod certum est habere potest, sive habeat, etiam si sit illis communis, sive de illis praedicabilis, resolutum nullum.

**47** Dies, sequi hinc, dari in Deo attributum attributorum, & unumquodque attributum ex pluribus attributis esse constatum. Quod est absurdum. Respondeo, omnia attributa transcendenciae ipso esse attributa attributorum, quatenus sunt predicata, quæ de alijs attributis praedicantur, atque verificantur formaliter, & que, ac ipsa praedicantur, atque verificantur de essentiad, & eoque taliter dicuntur attributa essentiae. In quo utique nullum reperitur absurdum. Sic ut neque est censendum absurdum, quod aliqua attributa Dei ex pluribus attributis constata, sive composita sint per nostram rationem. Tanta enim sunt citra dubium, quæ sunt ita composita ex pluribus formalitatibus, quarum singula sumptatiorum attributa Dei veniunt dicenda hoc ipso, quod sumptatiorum attributa possint de Deo praedicari, atque adeo per prædicationem attribui. (Est quippe conceptum aliquem obiectivum, sive formalitatem attributum Dei, & esse prædicatum Dei in idem recidunt, prout vidimus disp. 22. q. 1.) Sic attributum sapientie ex tribus scientijs, quæ Deo sumptatiorum attributur, compositum est, ex scientia scilicet simplicis intelligentia, scientia visionis, & scientia mediæ. Pariterque attributum prouidentiae ex pluribus actibus tum intellectus, tum voluntatis Dei coalescit. Et alia huiusmodi similiter. Sic etiam, quoties quolibet attributum Deo per prædicationem tribuitur non præcise

sumpturni (vt poteat iuxta dicenda propostæ), sed prout aeternitatem predicato aliquo transcendentem, ut cum dicimus, Deus est infinitus, sive aeternaliter, sive perfectè sapiens, Deus est infinitus, sive aeternaliter, sive perfectè insitus, & predicatum integrum huiusmodi propositionum ex conceptu proprio dicti attribuit, & ex conceptu communis transcendentem, & adiuncto illi coalescit, atque adeo veluti tertium attributum constitutum ex duobus est, prout amplius constabit ex dicendis propositione sequente.

### Propositio 2.

Attributum infinitatis, loquendo formaliter, conceptus est coadictus, & superadditus ijs attributis, quæ transcendere dicitur; non vero complementum imbibitum in ipsorum propriis conceptibus. Propter ceteraque attributum Dei speciale venit dicendum, non minus quam quodvis aliud ceterorum, quæ transcendencia nuncupatur.

Ratio mihi efficax est. Quia predicata transcendencia (e quorum numero est in Deo attributum infinitatis respectu aliorum attributorum, quæ metaphysice quanta sunt) non per formalem inclusionem, sed per formalem adictionem convenit, attributumque subiectis, quæ dicuntur transcendere, iuxta modum intelligendi, & iudicandi, quem pro statu praesenti habemus; ut constat ex generali doctrinâ ex professo tradita à nobis in Pharo Scient. disp. 17. q. 20. quæ ad rem est videnda, & applicanda.

Ex ea autem sequitur primum, cum dicimus **49** Sapientia Dei est infinita, infinitatem se habentem ex parte predicit non minus esse, loquendo formaliter, quid superadditum subiecto ex conceptu suo, quam est aeternitas, aut immenitas, cum dicimus Sapientia Dei est aeterna, aut sapientia Dei est immensa: quidquid in oppositum contendat Recupitus, & Derkennis ubi supra. Et confirmatur. Quia infinitas sapientia Dei, loquendo formaliter, carentiam finis eius imporrat, vel incarentiam ipsa constat, prout est expositum à nobis q. 3. Constat autem, talem carentiam ex suo formalis conceptu, quidquid sit de realitate, non quid intrinsecus includit, sed quid superadditum esse conceptui sapientie, qui quidem pure positivus, ex nullaque subiecte compositus negatione appetat nobis obiectivè, ut est notum.

Vnde secundum sequitur, bene posse à nobis concipi sapientiam diuinam cum præcisione ab eius infinitate, sicut & cum præcisione ab eius aeternitate, & à ceteris attributis transcendentalibus ei conuenientibus; defactoque ita concipi, quando prædicamus præcisè, Deus est sapiens. Id enim nascitur ex eo, quod conceptus præcivus sapientia adæquatè distinctus est, loquendo formaliter, ab alijs conceptibus transcendentalibus ei conuenientibus, & attributis, non per inclusionem, sed per adictionem, prout statuimus. Id quod inde plane confirmari videtur. Quia cum dicimus, Deus est infinitus, aut aeternaliter, aut perfectè sapiens, aliquid cura omne dubium adiicitur conceptui sapientiae Dei, à quo præcindimus, cum dicimus tantum, Deus est sapiens. Id autem aliud non est ab infinitate, vel aeternitate, vel perfectione, qui sunt conceptus transcendentalibus.

K K tes,

res, & conuenientes; si sapientia, ut satis ex se est notum. Cum præcisione igitur ab eis, & ab alijs eiusmodi potest, & solet a nobis concipi sapientia Dei. Et idem est de ceteris attributis, quæ transcendere dicuntur dicti conceptus.

## QVAESTIO V.

*Virum esse infinitum per essentiam, aut etiam secundum essentiam sit proprium Dei.*

**S**I Infinitam per essentiam, aut etiam secundum essentiam ita esse propriam Dei, ut proflus repugnet, tam conuenire creatura, communis Scholasticorum sententia est. Quam cum S. Th. I. p. q. 7. art. 2. tradunt communiter expositores eius. Et expellit Cyparis. Decad. 10. cap. 10. dicens. *Solus Deus est essentia infinitus.* Et quidem sententiam istam in aliquo, aut in aliquibus sensibus esse certissimum, nemo est, qui dubite, aut dubitare possit. Primo enim si particula per essentiam usurpetur, ut communiter solet, prout contra ponitur particula per participationem, ita quod, habere aliquid per essentiam, ut habere à se, & independenter ab omni causa; certissimum est, solum Deum habere posse infinitatem, sicut & alia attributa intrinseca, per essentiam; quia, solus Deus esse potest; sicut & necessariò est ens à se. Secundo, si infinitas per essentiam, aut secundum essentiam ponatur, ut tam posuit Vazquez supra q. 1. in independentia ab alio tanquam à causa: vel ponatur, prout ab aliquid. Thomistis cum S. Tho. ibi etiam citatis, in habendo esse irreceptum, qualiter solum ens à se habere potest; certissimum quoque est, nullam creaturam habere posse infinitatem per essentiam, aut secundum essentiam; ut est certissimum, nullam creaturam posse habere esse modo dicto irreceptum, aut independens ab alio tanquam à causa. Tertio, si infinitas per essentiam, aut secundum essentiam ponatur in quantitate perfectionis vel excedente omnem aliam perfectionem possibilem; vel tam eminentialiter continente; vel omnem, penitus imperfectionem excludente, iuxta varias Authorum sententias relatas ita, supra q. 1. vel certè in quouis alio predicato vñice conueniente Deo; certissimum itidem erit, repugnare creaturam, qua habere possit infinitatem per essentiam, aut secundum essentiam; ut est certissimum, repugnare creaturam, cui possit conuenire aliquid ex predicatis dictis. Et hanc quicunque negant creatura possibilem infinitatem per essentiam, aut secundum essentiam, aut etiam in essentia, vel quoad essentiam, in aliquo ex predictis sensibus loqui, indubitabile est.

**C**eterum, si id appelletur infinitum secundum essentiam, (prout nos appellandum censimus supra disp. 13. q. 1. & sape deinceps), quod secundum aliquam metaphysicam quantitatem, sibi essentialiter conuenientem infinitum est; neque adeò certum est, neque adeò commune, infinitatem secundum essentiam repugnare creature. Esse enim possibile atque etiam existentes factio creaturas infinitas secundum essentiam, seu quo ad essentiam in sensu isto, tenent Recupit. de Deo lib. 4 q. 7. Veken. de Deo disp. 7. cap. 2. & alii, tales reputantes vñionem hypotheticam, visionem

beatificam, scientiam, qua Christus dominus invenitur obiecta infinita, & alias creaturas huiusmodi. Quod si creatura quoad aliquam quantitatem metaphysicam sibi essentialiter conuenientem toties si dicenda infinita, quoties quoad talen quantitatem aut est æqualis aggregato, infinito aliarum creaturarum, aut ipsum excedit, prout a nobis est statutum supra disp. 13. q. 2. proposit. 3; & q. 8. proposit. 1. iam utique sententia adhuc possibilis creaturas secundum essentiam infinitas in sensu prædicto non solum erit communis inter Theologos, sed proflus vera: quandoquidem Theologi communiter, aut affirmant, aut supponunt ut proflus verum, esse possibles, de facto dari multas creaturas, quorum unaquaque quod quaquitatem metaphysicam suæ perfectionis, seu bonitatis, aut etiam virtutis, seu potentie vel æqualis, vel maior est, quam infinita multitudo aliarum inferiorum nostrorum, iuxta ea, quæ dicebamus quæ illa 8. citata. Quibus suppositis sit.

## Propositio I.

*Infinitas per essentiam, aut etiam secundum essentiam talis, qualis reperiens in Deo, ita solius Dei propria est, ut multis extitulis repugnet, tam in creatura reperiatur.*

Primo; quia Deus à se ipso cum omnimodo necessitate, & independentia ab omni causa habet infinitatem; qualiter nullum prædicatum, ne dum infinitas, potest reperi in creatura. Secundo; quia perfectio Dei in omni genere ita est infinita, ut non solum excedat infinitè aggregatum omnium aliarum perfectionum possibilium distinctiarum à se, sed etiam illas omnes omnino contineat eminenter, ut pote primum, & fontale principium earum. Quod quam longissime absit ab omni creatura. Tertio; quia infinita perfectio Dei non solum excedit aggregatum aliarum omnium possibilium distinctiarum à se, sed etiam est melior aggregato illas omnes, & se ipsam completere; eo quod sola ipsa, totam talis aggregati perfectionem continent formaliter, & eminenter, eius imperfectiones excludit, prout amplius explicabitur infra disp. 16. Quod etiam ab omni creatura proflus alienum est. Quartudiuina infinita perfectio Dei non solum excedit aggregatum aliarum omnium perfectionum, quæ sunt absolute possibles, sed etiam est tanta, ut quantumvis plures, & plures ex quavis hypothesi data possilibiles essent, earum insuper omnium, & simul aliarum aggregatum adhuc excederet. Quod item aullo modo potest conuenire creatura. Quinto denique; quia perfectio Dei infinitè excedit aggregatum omnium aliarum perfectionum à se distinctarum nullà dempta. Perfectio vero creatura non solum non potest excedere aggregatum omnium aliarum perfectionum à se distinctarum, nullà dempta, ut pote in quo est inclusa perfectio diuinæ; sed neque potest excedere, ne dum excedere infinitè, aggregatum omnium aliarum perfectionum creaturarum, & si possit ei esse æqualis iuxta doctrinam à nobis supra statutam disp. 13. q. 9. proposit. 3.

### Propositio 2.

<sup>54</sup> Habere creaturas aliquas infinitatem, aliquam secundum essentiam, tametsi infinitate inferiorem infinitate Dei: proindeque non esse solius Dei propriam infinitatem, secundum essentiam in omni sensu, ex nuper praemissis venit manifeste inferendum.

Constat enim ex illis, eas creaturas infinitas secundum electum venire appellandas, que quo ad aliquam quantitatem sui metaphysicam infinitae sunt, iuxta doctrinam supra statutam disp. 12.

q. i. Et esse infinitas quoad aliquam quantitatem  
sui metaphysicam aliquas creaturas in eadem  
etiam disp. 13. q. 8. statutum est. Verum enim  
verò, quia ex una parte infinitas secundum essen-  
tiam, loquendo absolute, soli Deo solet attribui,  
ex alia verò explicatio infinitatis secundum es-  
sentiā prout constituta ab infinitate secun-  
dum accidentis tradita à nobis in ea q. i. citata  
communiter obvia non est; omnino expediens  
arbitratur, ut loquendo absolute, nunquam di-  
catur esse possibilis creatura aliqua infinita secun-  
dum essentiam; ne modus iste loquendi alicui  
dissoneret absolute vñparus, & abique expressa  
declaratione lensus, in quo iuxta dicta verus est.